Crueger, Oscarius
De locorum Theognideorum apud veteres scriptores exstantium ad textum poetae emendandum pretio

DE LOCORUM THEOGNIDEORUM APUD VETERES SCRIPTORES EXSTANTIUM AD TEXTUM POETAE EMENDANDUM PRETIO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

ALBERTINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XXVI. MENSIS APRILIS MDCCCLXXXII

HORA XII

UNA CUM THESIBUS ADIECTIS PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

OSCARIUS CRUEGER.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCIPIENT:

GEORGIUS LEJEUNE DIRICHLET, CAND. PHIL.
FRIDERICUS GREGER, CAND. PHIL.

REGIMONTII.
EX OFFICINA HARTUNGIANA.
MDCCCLXXXII.


LIBRARY
DEC 28 1961
UNIVERSITY OF TORONTO

HENRICO IORDAN

CARISSIMO PRAECEPTORI

SACRUM.

Quomodo orta sit Theognidearum reliquiarum sylloge nostra quibusque partibus constituta quaestio, quae a Camerario usque ad recentissima tempora virorum doctorum acerrima studia exercuit, Welckeri[1]) Bergkii[2]) van der Meyi[3]) Nietzschii[4]) Fritzschii[5]) maximeque Rinteleni[6]) et Hermanni Schneidewin[7]) opera optime merita eo provecta est, ut proximis temporibus ad eandem rem aliquantum novi allatum iri vix sperari possit. Dubitare nunc jam non licet, quin ex compluribus, duabus minimum collectionibus farrago nòstra conflata sit, nec quod H. Schneidewin defendere studuit[8]) (similisque van der Meyi sententia l. l. c. V, p. 43) alteram syllogen incipere inter v. 854 et v. 1038 probabilitate caret. Multo longius vereor ut progrediatur disquisitio, cum difficillima materia paucas easque minimas ansas det veri indagandi.[9]) Praestare igitur videtur in hac quaestione itemque in illa, cui tempori syllogae nostrae origo assignanda sit, quam ad liquidum confessumque perductam nondum esse nemo infitiatur, inventis acquiescere et ad alia interim sese

1) In editionis a. 1826 editae prolegomenis.

2) Rhein. Mus. N. F. III, p. 206 sqq., p. 396 sqq.

3) Studea Theognidea. 1869.

4) „Zur Geschichte der theognideischen Spruchsammlung." Rhein. Mus. N. F. XXII, p. 161 sqq.

5) „Das Stichwort als Ordnungsprincip der theognideischen Fragmente." Philol. XXIX.

6) „De Theognide Megarensi poeta." 1863.

7) „De syllogis Theognideis." 1878.

8) l. l. p. 11 et p 17.

9) Eandem sententiam protulit E. Hiller (Fleckeisens Jahrb. 1881, p. 472).

convertere tractatu digna fructumque quae polliceantur impenso labori congruentem. Cui numero adscribenda imprimis textus elegorum ut non corruptissimi tamen etiam nunc permultos scrupulos inicientis quam maxima emendatio. Quo in restituendo gravissimum locum obtinent ea quae antiqui scriptores ex poetae opere exprompserunt in suum usum convertentes. Horum maximus numerus: apud XXXXVII omnino scriptores sententiae Theognideae occurrunt et apud solum Stobaeum LV loci inveniuntur (exceptis eis versibus qui una Stobaei compilatione servati sunt, in codd. nostris Theogn. desunt, vv. 1221—1226); simul lectionum saepissime diversitas non exigua et de qua haud ita facile certo possit judicari[1]), ita ut paene pro novo codice, a ceteris nostris non pendenti, hi loci aestimandi sint. Quibus de causis et quod viri docti de singulis nec sibi ipsis constant in judicio nec inter se consentiunt, non alienum duxi omnibus qui exstant locis denuo collatis recensitisque ad stabiliendum de hac re ad crisin Theognideam gravissima judicium quantulumcumque erit afferre.

Et ut de huius incepti subsidiis prius absolvam primus collegit scriptorum testimonia quae vocare assuerunt Kallius in editione a. 1766 edita, qua de re dicit in praefatione, quae ubi nunc commode legeretur supra adnotavi. Auxit collectionem Welckerus in editione (p. 73 usque ad p. 78), cuius ipsius collectanea amplificata correctaque sunt a Theodoro Bergk in poetarum lyricorum Graecorum corpore, cuius alter tomus Theognidem continet (prodiit ed. III a. 1866). Qui novissime Theognidem recensuit edidit que, Jacobus Sitzler, satis habuit ea quae congessit Bergkius describere ita, ut ipse nullum volumen evolveret. Quod inde apparet, quod errores Bergkii om-

---

1) Cfr. A. Kallii praefationem ad spec. nov. edit. 1766 ed., in Welckeri prolegg. typis repetitam p. CXXXII.

nes majore quam par erat pietate accuratissime servavit et suae ipsius editioni inseruit. Novem Bergkii errata (tot equidem animadverti), si Sitzlerum inspexeris, haud sine admiratione agnosces.[1]) Nec alia desunt, quae admirationem moveant, ut in vv. 509. 510, quos Bergkius adnotat exstare in Aristotelis problematis „nuper editis" (I, 17), Sitzlerus, quid his faceret ignarus, delendi obscura illa verba[2]) simplicissimam rationem iniit, sperans sine dubio lectores evolvendorum voluminum non magis quam se ipsum fore amantes. Dubium igitur esse non potest quantum fidei iis quae de lectionum in testimoniis discrepantiis idem adnotavit tribuendum sit. Bergkio soli in hac quoque re licet confidere, et cum hic etiam vir egregius hic illic quamquam rarissime erraverit, nova locorum collatio non ingrata fortasse erit.

Idem vir doctus egit etiam de locis laudatis accuratissime in editione multis locis, primus constanter ea respiciens (quamquam raro ei assentiri me posse doleo) Nec minus bonae frugis plena dissertatio quam supra laudavimus Museo Rhenano inserta. Ceteri quoque plerique editores, imprimis Welckerus, dispersim dixerunt de re quam nobis tractandam proposuimus. Praeterea adhibendae praecipue sunt dissertationes Rinteleni Nietzschii Hermanni Schneidewin supra laudatae, Leutschii[3])

1) Gratum fortasse erit, si omnia hic enumeravero: v. 77—78 [illegible] Apoll. 2,16 pro 2,26; v. [illegible] 13,93 pro 13,39, s.; v. 500 Athen. I, 37, E pro II, 37, E.; v. 535—536 Stob. 65,36 pro 62,36; v. 639—640 Stob. 111,45 pro 111,15; v. 933—934 Floril. Monac. 114 pro 118; v. 996 Eustath. 1291,54 pro 1291,44; v. 1155—1156 Schol. Luc. de merc. cond. c. 10 pro Schol. Luc. Apolog. pro merc. cond. c 12; v. 1223—1224 Stob. 21,1 pro 20,1 (quae etiam apud Zieglerum, teste Welckero).

2) V. infra locos Aristotelicos.

3) Philol. XXIX. XXX.

Heimsoethii[1]) Mauricii Schmidt[2]) Renneri[3]) Bernhardtii[4]) et Hensii[5]) (virorum de Stobaeo praeter Nietzschium maxime meritorum).

Restat, ut priusquam ad locos ipsos congerendos aggredimur, fundamenta aliqua ponamus, quibus nisi ad certius de singulis iudicium perveniamus. Hoc enim erraverunt viri docti, si recte iudico, quod nec locorum laudatorum proprietates et singularem naturam satis accurate respicientes nec quibus maxime mutationum generibus soleant eidem patere effingentes sibi in animo, de singulis in eum modum fere iudicaverunt, ut probarent quae placerent, quae minus saporis quasi iucundi viderentur praebere reicerent. Nec hoc contenti plerique maximeque Bergkius testimoniis praebita omnino cum favore quodam amplectuntur, quo ea minime digna esse probaturos nos speramus. Et illa quae commemoravimus genera mutationum tria statuenda videntur:

1) Cum qui aliqua laudant id agant, ut quae ad afferendum maxime idonea sint a ceteris quibus nexa sunt disiungant et sola afferant, saepissime verba mutentur necesse est ad constructionem interruptam restituendam et in absolutae sententiae formam locum redigendum. Velut, si exemplo tritissimo uti licet, nos semper afferimus: „Man merkt die Absicht und man wird verstimmt", cum in fabula legatur:

„ . . . . und wenn sie auch (Leonora Sanvitale dicitur)

1) Emendationum Theognidearum tres partes. 1874. 1875 1876.

2) Verbesserungsvorschläge zu schwierigen Stellen griechischer Schriftsteller Rhein. Mus. N. F. XXVI, p. 161 sqq. (Theognidea p. 184 sqq.).

3) Quaestiones de dialecto antiquioris Graecorum poesis elegiacae et iambicae. Curtius Stud. 1868.

4) Quaestiones Stobenses. 1861. Repetita diss. in N. Mus. Rh. XVII, p. 465 sqq.

5) Lectiones Stobenses. 1872.

„Die Absicht hat, den Freunden wohlzuthun,
„So fühlt man Absicht und man ist verstimmt.“

Quo exemplo alterum quoque quod statuemus mutationis genus illustratur, de qua re continuo dicendum erit. In Theognideis quoque locis magnus discrepantiarum numerus, ut natura fert, tali modo ortus est: qua de re, quamvis simplex videatur esse atque aperta, tamen falsissime iudicatum est, ut puta de versibus 175. 176, de quibus v. infra p. 12 sqq.

2) Eius qui loco aliquo utitur interest sensum servare, non verba. Accedit quod ii qui ut suum ipsorum sermonem illustrarent ornarent confirmarent sententias ei inseruerunt scriptores, quippe qui minoris ambitus locos allegare soleant, plerumque vel semper sola memoria confisos esse putandum est exemplari non consulto. Quibus de causis synonyma praecipue inter se mutantur multaeque aliae discrepantiae oriuntur. Et huius quoque rei exemplum, ut iam dixi, Goethii illud est propter verba „merkt“ pro „fühlt“, „wird“ pro „ist“ posita. Nec ii quibus altera scriptorum apud quos poetarum aliorumque sententiae occurrunt classis continetur, compilatores dico et florilegiorum auctores, accuratius religiosiusve fecerunt illis temporibus, quam ad sententiam deducatur fortasse cui in mentem venit nostri aevi anthologiarum diligentissimorum compositorum. Quod Stobaei exemplo egregie confirmatur, de quo infra accuratius disserendum erit. Hoc alterum quoque mutationum genus quamquam manifestissimum, nonnullis tamen locis a viris doctis parum intellectum est, ut ab Hartungio de lectionis varietate quadam in v. 215 mirum iudicium facienti.[1]) Ceterum eas lectionum discrepantias quas hoc modo ortas esse primo adspectu apparet crucis signo apposito notabo.

1) V. infra inter locos Plutarch.

3) Consulto fiunt mutationes, ut ad locum ubi adhibetur accommodetur sententia. Cuius rei multa notissimaque exstant exempla. Velut Seneca philosophus Aeneidos versu[1])

heu terra ignota canibus data praeda Latinis
(alitibusque iaces . . . .)

in epistolis[2]) ita utitur ut dicat: ,utrum proiectum (scl. corpus mortui) aves differant an consumatur

canibus data praeda marinis,

quid ad illum qui nullus?' Itidem celeberrimus ille Aeschyli versus in Sept. adv. Theb. (573 Herm.):

οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει

a scriptoribus modo ut scriptus est a poeta, modo ita affertur, ut propter sensum pro verbo *ἄριστος* ponant *δίκαιος*, a Plutarcho, qui duobus eo utitur locis[3]), utraque forma, eis quae narrantur aptatus, qua de re egregie disseruit Hermannus in adnotatione ad h. v.[4]). Hoc tertium genus non semper facile est ad dinoscendum diiudicandumque, et in Stobaeo maxime difficilis quaestio exsistit, quantum talium mutationum tribuendum ei sit: quam quin non vitaverit compilator licentiam, ex Bernhardtii Nietzschii Hensii disputationibus dubitari nequit.

Trium horum mutationum generum qui memor locorum laudatorum aggreditur lectiones aestimandas, vereor ne minus bonae frugis ex iis percipiendum esse sibi persuadeat quam adhuc existimaverunt plerique Et hoc etiam spero me probaturum, pauca ea quae latent in testimoniis meliora codicum Theogn. nostrorum lectione corrupta talia esse, quae facillime coniectura possint restitui et re vera partim sine illorum ope textui reddita sint. Quod libri Mutinensis maxime egregiae virtuti

1) IX, 485.

2) 92, 34.

3) De aud. poet. p. 32 E et vita Aristid. c. 3.

4) In edit. vol. II² p. 315 sqq.

debetur, quae quanta sit hac quoque disputatione spero illustratum iri. Nec spernendum pretium opusculo meo accessurum confido, quod huius codicis itemque Vaticani novas collationes adhibere mihi contigit, ab Henrico Iordan, praeceptore dilectissimo, accuratissime confectas.

Hoc praeterea moneo lectionum diversitates quae ad dialectum pertinent me non attingere, quoniam neque doceri quidquam potest, ut unusquisque concedet, hac in re locis laudatis, neque Rennero assentiendum esse censeo uni modulo omnia in Theognideis quae feruntur adaptare conanti. Ziegleri potius sententiae accedo in ed. p. VII haec dicentis: „ . . . . per omnia ut eum (Rennerum) sequerer, a me impetrare non potui. Quod si fecissem, saepe optimorum librorum scriptura commutanda fuisset, ut σοι fieret τοι, ου ευ, ω εω, οι εοι, η εα, εις εας. Tutius mihi visum est sequi exemplum eorum, qui in carminibus, quae neque auctoris neque aetatis unius sunt, non omnia ad unam eandemque normam redigenda esse arbitrantur."

Nec eos locos -- ne quis neglegentiae me coarguat laudata nonnulla desiderans — commemoravi, ad quos sic tantum respicit scriptor, ut quae sententiae propria verba fuerint effici non possit. Et in hoc quoque vituperandus Sitzlerus, quod in adnotationibus haec duo genera non distinxit a Bergkio accurate discreta.

Quod attinet denique ad materiae dispositionem, totum scriptorum numerum ex temporum ordine digestum tractare statui, ita tamen ut de Stobaeo ex ceterorum continuatione deprompto primo dissererem, quippe qui longe maximam locorum copiam praebeat et inter hos multos controversos.

Jam absolvimus quae censuimus praemonenda esse et ipsum propositum aggrediamur.

De Stobaeo scripserunt Bergkius in dissertatione s. l. p. 396 sqq., Bernhardtius Nietzschius Hensius l. l. Nonnullos locos M. Schmidt quoque tractavit l. l. p.

190 sqq. Bergkius ostendit Welckero non esse adsentiendum, Stobaeum integriore et genuinae formae similiore quam quae nunc possideatur collectione usum esse ponenti. Nititur optimo iure eo maxime, quod et ea quae a Theognide non profecta in libros irrepserunt apud Stobaeum quoque sub lemmate Θεόγνιδος legantur et versuum laudatorum ordo a compilatore exhibitus a codicum nostrorum non differat. Nec multum profici lectionibus apud Stobaeum variantibus hic quidem concedit, exceptis quibusdam quas praeferendas esse tenet: quod iniuria eum fecisse infra in singulis locis demonstrare studebo. Qualis autem differentiarum natura esset altius non est perscrutatus. In editione praeterea ut ceteros omnes ita Stobenses quoque locos diligentissime respexit.

Opus a Bergkio neglectum aggressus et felicissime in eo versatus est Otto Bernhardt, vir de Stobaeo optime meritus. Probare hic studuit (et si non certum tamen verisimillimum reddidisse mihi videtur, quae Kayseri quoque sententia est, Heidelberg. Jahrbb. 1861 p. 636) ex lemmatorum in toto florilegio eadem inaequalitate ea in re posita, quod modo adscriptum et libri nomen et scriptoris, modo illo praetermisso hoc tantum positum est, in manibus fuisse Stobaeo duo florilegia ita quidem inter se discrepantia, ut cum alterum integra lemmata articulis praemitteret, alterum adponeret nihil nisi auctoris nomen.[1]) Nec duarum harum collectionum in poetis certe afferendis rationis inveniri differentiam (alia res est in ceteris scriptoribus, qua de re agitur p. 11 sqq). Transgressus tum Bernhardtius ad diiudicandas discrepantias et inter Stobaeum et scriptores, quorum ille sententias profert et inter locos bis ab eodem allatos, quamquam Stobensium librorum pravitati corruptionique incredibili permagnam partem tribuendam esse concedit, tamen

1) l. l. p. 9.

duplicem aliam earum causam esse rectissime invenit: quae causae non diversae sunt a primo tertioque quae supra posuimus mutationum in locis laudatis generibus. Dicit enim p. 24: „Compilator . . . . e quovis genere librorum sententias describens, cum manifestum sit non eis semper verbis enuntiationes exhibitas eum reperire, quibus in florilegio uti possit, quam facile induci potuerit ut verba ad suum adcommodaret consilium, non multis opus est exponere verbis. Itaque tantum, praesertim in solutae orationis scriptoribus, numerum multorum sententiarum mutatorum in Stobaeo invenimus, quantum enumerare longum esset." Vellem haec subtilius dicta essent: apparet tamen et cum exemplis allatis tum alterius quod statuit vir doctus mutationis generis oppositione firmatur, primam nostram classem eum significare. Inter exempla, omnia ex Euripide petita, haec maxime delectabunt:

Helena 711 (Kirchh.):

ὦ θύγατερ, ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι ποικίλον.

Stob. ecl. phys. I, 7, 6:

σκέψαι γάρ, ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι ποικίλον,

quae in Euripide non intellegerentur omnino.

Medea 263 sqq.:

v. 259 *τοσοῦτον δέ σου τυγχάνειν βουλήσομαι*

— — — — — — — —

v. 263 *σιγᾶν. γυνὴ γὰρ τἄλλα μὲν φόβου πλέα*
κακὴ δ' ἐς ἀλκὴν κτλ.

Stob. 73, 8: *Γυνὴ γάρ ἐστι τἄλλα μὲν φόβου πλέα κτλ.*

Heraclidae 865. 866:

v. 864 . . . . *χωρίσαι μαθεῖν,*
v. 865 *τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἂν*
θανόντ' ἴδῃ τις· ὡς ἐφήμεροι τύχαι.

Stob. 105, 26:

Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦτε, πρὶν
θανόντ' ἴδῃ τις κτλ.

Alterum genus, cum tertio nostro congruens p. 26 exponit Bernhardtius: „Neque tamen his finibus continuit se compilatorum temeritas, sed longius progressa, ut uno verbo dicam, ne a verbis mutandis quidem et versibus vel inserendis vel praetermittendis abstinuerunt illi, quo sensum ad argumenta capitum adcommodarent." In exemplorum numero haec memoratu dignissima: Euripidis versus ex Medea (293. 294):

οὐ νῦν με πρῶτον, ἀλλὰ πολλάκις, Κρέον,
ἔβλαψε δόξα μεγάλα τ' εἴργασται κακά

a Stobaeo 36,3 in capite περὶ ἀδολεσχίας ita afferuntur, ut pro *δόξα* legatur *γλῶσσα*.

Fragm. ex Ixione 10,7 in capite περὶ ἀδικίας:

Ὅστις γὰρ ἐπὶ τὸ πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνήρ,
οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον οὐδὲ βούλεται,
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

At 22,2 in capite περὶ ὑπεροψίας:

Ὅστις γὰρ ἀστῶν πλέον ἔχειν πέφυκ' ἀνήρ,
φίλοις τ' ἄμικτός ἐστι καὶ πάσῃ πόλει.

Et praetermissionis alterius versus et mutationis primi causa manifesta est.

Inus fragm. 10, 23 in eodem capite περὶ ἀδικίας:

Βίᾳ νυν ἕλκετ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοί, κτλ.

at 93,4 in capite ψόγος πλούτου inscripto:

Καὶ νῦν ἐφέλκετ' ὦ κακοὶ τιμὰς βροτοί κτλ.

Quae exempla retulisse sufficiet. Secundi quod nos posuimus generis in mentem non venit viro egregio. At id quoque apud Stobaeum inveniri probaturum me esse spero.

Nietzschius alteram Bernhardti classem primus optime adhibuit ad Theognidearum lectionum discrepantias diiudicandas. Et haec quidem rectissime exposuit, alia a Stobaeo praebita prorsus iniuria laudibus extulit (cfr. l. l. p. 188), qua de re infra singulis in locis disserendum erit.

Hensii commentationis Stobaeum compluribus locis emendare studentis praefatio utilitatem affert non spernendam: qua Bernhardti quidem inventa repetit fere, exempla tamen aliqua profert nova atque ea aptissima, inter quae inprimis commemorandi Euripidis versus in Suppl. v. 875—v. 880 comparati cum Stob. flor. 46,4.

Iam ad singula transeamus:

Theogn. v. 131—132. Stob. flor. 79,1. v. 132 libri Theognidei omnes *ἔπλετο, οἷς*, quod propter hiatum ferri non potest, Stobaeus *ἔπλεθ', ὅσοις*, quod receperunt Schneidewinus in Delectu et Hartungus, egregium dixit Nietzschius (l. l. p. 186). At plerique editores ex coniectura, cuius auctor incertus est, *ἔπλετο, τοῖς* posuerunt. Probavit etiam Bergkius in Mus. Rhen. vol. I. p. 406, qui olim *ὅσοις* scripserat. Quibus assentior, nam *τοῖς* quam *ὅσοις* ad sensum accommodatius est. Quin etiam quomodo accipiendum sit *ὅσοις*, quod ad *πατρὸς καὶ μητρὸς*, non ad *ἐν ἀνθρώποις* referendum esse et sensus et collocatio verborum et versus docent 273. 623. 637. 647. 1003. 1027. 1135. 1139, omnino me non intellegere fateor. Lectio secundo mutationum generi sine dubio est adscribenda. — In eodem versu codd. Theogn. *ὁσίη, Κύρνε, μέμηλε δίκη*. Stob. *ὁσίης — δίκης*. +. Nam hoc quod convenit signum quin recte apponatur quis est qui dubitet? Certe tamen non peccatum in linguae leges grammaticas (quod saepissime factum a compilatoribus), nam utraque constructio iam apud Homerum usitata.

v. 155—158. 96, 15. v. 155 *μήποτέ τοι* libri Theogn., *μοι* Stob. +. In eodem versu pro *χολωθείς* quod est in Theognide, *χαλεφθείς*. +. v. 157. codd. Theogn. omnes *ἄλλοτε ἄλλῳ*, perperam propter infinitivos *πλουτεῖν — μηδὲν ἔχειν* modi designationem, non personae poscentes. Recte Stob. *ἄλλως*, ab editoribus receptum. Sed quis est quin optet, ut difficiliore loco rectum servasset

compilator: hic quidem opera eius non indigemus. — v. 156. pro οὐλομένην Stob. Κύρνε, κακήν. +.

v. 175—176. 96, 16. Hos versus praeter Stobaeum permulti scriptores afferunt (Plutarchus, Clemens Alexandrinus, Hermogenes, Aphthonius, Theodoretus, Schol. Thucydidis, Schol. Aristotelis, Cramer. Anecd. Paris.). Omnes hi itemque Stobaeus v. 175. χρὴ πενίην φεύγ., cum in Theognide legatur:

Ἄνδρ᾽ ἀγαθὸν πενίη πάντων δάμνησι μάλιστα,
καὶ γήρως πολιοῦ, Κύρνε, καὶ ἠπιάλου,
ἣν δὴ χρή φεύγοντα κτλ.

Bergkius adnotat: „ἣν δὴ χρή, ita Theognidis codices, quod profectum ab iis, qui haec cum proxime praegressis copulare voluerunt, nam omnes, qui his versibus utuntur, χρὴ πενίην afferunt." Nec minus Nietzschius (l. l. p. 186) egregiam dixit illam lectionem. Erravit uterque. Primi generis mutationem hanc esse mihi quidem luce clarius videtur. Et cum melius de hac re disseri non posse credam quam disseruit Heimsoethius[1]), huius verba ponam: „Non certiore argumento in v. 173 sqq .... verba ἣν δὴ χρὴ a breviatore profecta esse, ipsum Theognidem χρὴ πενίην scripisse ex eo colligi mihi videtur, quod quicunque hac sententia, quae multis placuit, usi sunt, hoc exhibent. Etenim non solum horum fragmentorum compositor, sed etiam scriptores qui Theognidis aliorumque versibus usi sunt unum et alterum in suum usum mutarunt. Qui hanc de paupertate sententiam afferebant, non poterant aliter incipere, sive hoc unus primum fecit, quem ceteri secuti sunt, sive etiam plures eadem ducti necessitate (quod etiam ad Stobaeum pertinet). Ab ipso Theognide verisimilius est verba illa sententiae, quae causam continebat, sic per ἣν δὴ χρή adiuncta esse." —

---

1) III, p. 12. 13.

Exempla aliqua addo plane similia. Apostolius v. 537 pro verbis:

> *οὔτε γὰρ ἐκ σκίλλης ῥόδα φύεται οὐδ' ὑάκινθος*
> *οὔτε ποτ' ἐκ δούλης τέκνον ἐλευθέριον*

altero versu omisso posuit *οὔποτε ἐκ σκ. κτλ.*, quippe cum *οὔτε*, cui non alterum *οὔτε* respondet, sensu careret. Itidem Athenaeus (10, 428 D) v. 485 pro verbis *ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύειν ὑπανίστασο*, quibus infra v. 487 *ἢ παρεὼν μὴ πῖνε* respondet, quod ei qui tantum usque ad v. 486 locum laudaret, *ἀλλ' ἢ* verba non erant idonea quibus in Theognide non potest careri, scripsit: *πρὶν μεθύειν ἄρξῃ δ' ὑπανίστασο.* Cfr. infra inter locos ab Athenaeo usurpatos. — In eodem versu Theogn. cod. A *βαθυκήτεα*, ceteri omnes *μεγακήτεα*, Stobaei codd. A B Gesneri margo[1]) *βαθυκήτεα*, vulgata *μεγακήτεα.* Ex ceterorum qui hunc locum afferunt scriptorum numero priorem lectionem exhibent Clem. Alex. Plut. de Stoic. repugn. (v. infra.) *μεγακήτεα* autem Plutarch. de commun. not. (v. infra.) Schol. Thucydid. Cram. Anecd. Theodor. *βαθυκήτεα* praeterea legitur tribus Luciani locis, quibus ad hanc sententiam respicit[2]). *βαθυκήτης* hoc tantum Theogn. loco usurpavit, *μεγακήτης* apud Homerum usitatum[3]). Facillime igitur et scriptores qui versibus utebantur et librarii minus diligentes ut pro vocabulis raris notius ponerent poterant induci. Optime igitur firmatum *βαθυκήτης*: nam contra pro *μεγακήτης*, si genuinum esset, scriptores substituisse vocem minime solitam cogitari non potest; et accedit A libri auctoritas egregia. Melius etiam ex sensu *βαθυκήτης* propter verba *ῥιπτεῖν κατὰ πετρέων*,

---

1) De Stobaei codicibus v. Gaisf. I, p. IV sqq.

2) De merc. cond. c. 5. Apol. pro merc. cond. c. 10. Tim. c. 26 (non 25, quod adnot. Bergk.) Omnes tres locos totos exscripsit Bergk. in adnot.

3) cfr. γ, 158; Θ, 222; Λ, 5, 600; Φ, 22.

cum eximie profunditas sic exprimatur maris, quod quem hausit nunquam reddat.

v. 177—178. 96, 14, coniuncti cum v. 649—653. v. 177 codd. Theogn. *καὶ γὰρ*, Stobaeus itemque ceteri scriptores qui versus afferunt (Artemidorus[1]), Plutarchus[2]), Aristoteles[3]) *πᾶς γὰρ*. Hanc lectionem laudavit Nietzschius et Bergkius adnotat ad h. l.: „v. 177. *καὶ*, scriptores qui utuntur hoc versu, *πᾶς*, haud dubie rectius.“ Quod nullo modo probo. Nam *καὶ γάρ* verbis artiorem cum praegressis copulationem efficientibus[4]) uti non potuerunt, qui a versu 177 inciperent. Mutaverunt ea in *πᾶς γάρ*, quod facillimum erat et quae mutatio ut fiat etiam sine tali necessitate nescio quo modo invitat versus. Sic orta sententiae forma apud Aristotelem Plutarchum Artemidorum. Et plane in proverbium haec abierunt, quod egregie confirmat Luciani hic locus (De merced. cond. c. 5): *εἶτα ὁ Θέογνις πρόχειρος καὶ πολὺ τό,*

Πᾶς γὰρ ἀνὴρ πενίῃ δεδμήμενος

καὶ ὅσα ἄλλα δείματα ὑπὲρ τῆς πενίας οἱ ἀγεννέστατοι τῶν ποιητῶν ἐξενηνόχασιν. Itaque etiam Stobaeus (vel potius compilatores, ex quorum operibus hausit), quamquam huic quidem, qui versibus 649—653 sententiam adnecteret, *καὶ γάρ* optimo iure licuit servare, tamen eam formam afferre maluit, quae usu recepta in omnium ore atque sermone versaretur. Primo igitur mutationum generi haec lectionis varietas adnumeranda est.

v. 179—180. 96, 15, versibus 155—158 adiuncti. v. 179 libri Theogn. *χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν κτλ.*, Stob.

---

1) v. infra.

2) v. infra.

3) v. infra.

4) ‚Etenim‘ conjunctionis vim habent. Et apud Homerum haec copulatio usitata est (cfr. B, 377; E, 487; I, 533; ι, 190; v. etiam Krüger, Griech. Sprachl. II, 69, 41 A 6) et apud Theognidem legitur v. 940. 525. 968.

codd. *χρὴ δ' αἰεὶ κατὰ γῆν κτλ.* +. Margo tantum Gesneri itidem ut codd. Theogn. *χρὴ γὰρ ὁμῶς κτλ.* *αἰεὶ* ceterum falsum. Nam ex epica consuetudine, quae plane est etiam poetarum elegiacorum, si spondeus poscitur, forma *αἰεί*, si trochaeus *αἰέν* usurpatur.

v. 183—186. Stob. affert 70, 9 sub lemmate *Θεόγνιδος*, v. 183—190 88, 14 ex Xenophonte sub lemmate *Ξενοφῶντος ἐκ τοῦ περὶ Θεόγνιδος*. Suspicionem movet hic liber quem perhibet Xenophonteus. Qua de quaestione, quae nescio an non certo possit diiudicari, v. quae Bergkius in adnotatione subtiliter disseruit. Ambo loci et inter se variant et a librorum Theognideorum lectione discrepant. Inprimis notabile, quod in v. 183 pro verbis *Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα κτλ.* s. l. *Θεόγνιδος* legitur:

Κύνας μὲν δὴ νῦν διζ. κτλ.

quae lectio ex metri sensusque rationibus nullo modo prorsus tolerari potest. Nietzschius l. l. p. 187 de hac discrepantia in hunc modum disputat: „So (contendit antea vir doctus multas lectiones Stobaeum sibi ipsi, non codicibus debere) werden v. 183—186 von Stobaeus 70, 9 also angeführt: *κύνας μὲν δὴ κτλ.*, während in den Hss. steht *κριοὺς μὲν καὶ κτλ.* Dass man bei Schafböcken und Eseln auf gute Abstammung sieht, war dem Stobaeus befremdlich, bei Hunden war ihm dies bekannter. Zudem kamen ihm besagte Thiere für den Ton seines Florilegiums etwas zu gemein vor. Dasselbe Motiv bestimmte den Verfasser der Pseudophocylidea, die Theognideischen Worte in folgende höchst gezierte Hexameter umzugiessen:

ἵππους εὐγενέας διζήμεθα γεαρότας τε
ταύρους ὑψαυχένας, ἀτὰρ σκυλάκων παναγρίας."

(Pseudoph. v. 201. 202).

Altera causa quam affert vir egregius vix poterit teneri: at prior verrissima. Ceterum quod simpliciter

dicit Stobaeum ita fecisse, hoc fecit brevitatis causa; nam ex iis quae p. 188 profert, illud quod Bernhardtius ostendere studuit de duobus florilegiis a Stobaeo adhibitis, in quibus haec mutata ille jam invenisset, probare videtur, quamquam etiam praeter inventa Stobaeum ipsum talia potuisse admittere, quis queat negare? Decidi tamen singula non poterunt. Discrepantia certe est tertii generis: meliorem sententiam atque aptiorem quicunque locum mutavit, reddere sibi visus est. Apud Xenophontem (ita, ne longus sim, alterum Stobaei locum dicam) recta lectio servata est, fortasse quod hic locus ex altero florilegio sumptus est.

V. 184 70,9 nulla discrepantia. At apud Xenophontem pro *ἀγαθῶν*: *ἀγαθοῦ*, pravissime; *ἀγαθῶν* Gaisford. ex Arsenio.

V. 185 codd. Theogn. et Stob. 70, 9 *βήσεσθαι*, Xenophon *κτήσασθαι*. Locus saepissime multisque modis tentatus. Defenderunt *βήσεσθαι* Camerarius, Schneidewinus in Delectu, Welckerus, Bergkius. Camerarius: ‚*Πᾶς τις ἐθέλει ἐπιβήσεσθαι ἀγαθοὺς τῶν ἀρρένων* (*ἐξ ἀγαθῶν ὄντας*) *ταῖς αὐτοῦ θήλεσι*.' Schneidewinus: ‚Quivis vult ex generosissimis animalibus apud se admissuram fieri.' Itidem Welckerus (in adnotatione ad h. l. p. 89) *βαίνειν* credit hic accipiendum esse pariter ac *βιβάζειν*, ut nostrum „eine Stute, Hündin, belegen“ pro „belegen lassen.“ Sed haec significatio exemplis probari non potest. Bergkius qui olim conjecit *βαίνεσθαι* passive dictum, in tertia editione tutatus est *βήσεσθαι*, nisus ut etiam Camerarius, versibus 189 *καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημεν* et 1112 *μνηστεύει δ' ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἀνήρ* itaque breviter dictem ratus *ἐξ ἀγαθῶν* pro *ἐξ ἀγαθῶν ὄντας ἵππους* (quod Camerarius quoque fecit). Exemplis illis addere potuerunt viri doctissimi Herodot. VI, 130: *ἑκάστῳ δωρεὴν δίδωμι τῆς ἀξιώσιος εἵνεκεν τῆς ἐξ ἐμεῦ γῆμαι*. Sed omnia haec quae protulerunt viri egregii falsa duco,

ipse iisdem confisus exemplis. Omnibus enim his locis non masculinum est supplendum, sed femininum: scil. γεγονυῖαν vel γεγονυίας. Itaque in nostro quoque versu ἐξ ἀγαθῶν significare censeo ἐξ ἀγαθῶν γονέων γεγονυίας vel οὔσας ἵππους. Sic constructio etiam multo lenior fit quam Bergkii interpretatione accepta. In hunc enim modum vertendum est: „Quaerimus equos etc. nobiles itemque optamus ut hi feminas eas tantum ineant, quae nobilibus parentibus ortae sint.“ Mihi quidem omnia optime nunc sese videntur habere. κτήσασθαι autem Welckerus l. l. rectissime glossam dixit „vel ob verecundiam illatam vel ob insolentiam futuri cum βούλεται conjuncti.“ Et ex sensu quoque pessimum: nam βήσεσθαι si legitur, enuntiato καί τις βούλεται κτλ. novi aliquid additur, cum κτήσασθαι verbo in textum recepto prior tantum sententia κριοὺς — εὐγενέας maxime insulse repetatur. Nec tamen defuit, qui ineptam lectionem reciperet: van Herwerden in libello Animadversiones Philologicae ad Theognidem inscripto[1]) p. 11. 12. Ceterum quod Bergkius affert ad confirmandam lectionem βήσεσθαι Themistii locum (XXI. p. 302 ed. Dindf.), minime mihi videtur certum Themistium re vera respicere ad sententiam nostram: ipsa verba ponam, lectoribus judicium permittens: ἐγὼ μὲν γὰρ ὁρῶ τόν τε ἵππον ἐξετάζοντας τὸν βησόμενον, εἰ γαῦρός τε καὶ εὐαύχην καὶ ἐλεύθερος.

Etiam coniecturis locus tentatus est. Schmidtius l. l. (v. supra p. 7) a Xenophontis lectione κτήσασθαι profectus coniecit κύσασθαι, aeque atque ego ad ἐξ ἀγαθῶν non ὄντας ἵππους, sed οὔσας supplens. βήσεσθαι enim quod itidem ut Bergkius explicat, duas habere offensiones putat: primum futurum, quod tolerari tum tantum posse credit, si pro βούλεται aliud verbum ex-

1) Prodiit Herwerdeni commentatio a. 1870.

staret. Quod falsissimum: et iam apud Homerum post verba cupiendi cogitandi moliendi infinitivus futuri invenitur et postea haud raro occurrit:

Hom. *M.* 197. 198 . . . . . *μέμασαν δὲ μάλιστα τεῖχός τε ῥήξειν καὶ ἐπιπρήσειν πυρὶ νῆας.*

Ξ, 89. 89. *οὕτω δὴ μέμονας Τρώων πόλιν εὐρυάγυιαν καλλείψειν* . . . . .

φ, 399 *ἢ ὅγ' ἐφορμᾶται ποιησέμεν* . . .

Thucyd. 6, 57, 2. *τὸν λυπήσαντα σφᾶς ἐβούλοντο τιμωρήσεσθαι.*

Id. 6, 6, 1. *οἱ Ἀθηναῖοι ἐφίεντο τῆς Σικελίας ἄρξειν.*

Cfr. Krüger, Griech. Sprachl. I, 53, 7 A. 11; II, 53, 7 A. 5; ad Thucyd. 1, 27, 2.

Alteram offensionem Schmidtius esse contendit constructionis mutationem. Quam dicat vir doctus mutationem constructionis, equidem omnino non intellego: durissimam eam fieri et obscuram Bergkii (et Camerarii) interpretatione accepta dicendum mihi videtur esse. Quod vitium *κτᾶσθαι* si scribis et *οὔσας* supples paullulum tantum minuitur. Nam persuasum habeo hanc omissionem verbi *γεγονυῖαν, γεγονυίας* tum tantum solitam fuisse, si ex *γαμεῖν*, *μνηστεύειν* vel simili vocabulo (quale in bestiis *βαίνειν*) pendebat locutio *ἐκ* cum genetivo parentem indicans. Talibus verbis non appositis, velut hic, ubi secundum Schmidtium *ἐξ ἀγαθῶν* subjecti locum obtinet, Graecos credo ea ne intellecturos quidem fuisse. Quod valet etiam in Bergkii et Camerarii interpretationes, in quibus hoc praeterea dubito an masculinum nunquam suppletum ita fuerit. Mea interpretatione omnia haec vitantur. Quod ad sensum attinet, Schmidtius verissime dicit: „ . . . nach Theognis' Ansicht sollen beide Eltern *εὐγενεῖς* sein. Er wirft dem Adligen vor, dass er um des lieben Geldes willen jetzt zu Mädchen niederer Herkunft herabsteigt und dadurch den Schlag verschlechtert. Folglich muss er im Vorigen nicht sowohl von dem

Zuchthengst u. s. w. gesprochen haben (quod ex Bergkii et Camerarii fit explicatione), als von dem Verfahren der Züchter, durch Paarung gleich edler Thiere einen guten reinen Nachwuchs zu erzielen. Jeder sucht Hengste edler Race und sorgt dafür, dass durch sie Stuten edler Race trächtig werden. Sonst *μαυροῦται γένος*."[1])

Optime: sed hoc praestat etiam mea interpretatio emendatione non adhibita. Schmidtii igitur coniecturam non modo superfluam sed etiam talem existimo, quae corrumpat locum. — Praeter Schmidtium commemorandus van der Meyus, qui in dissert. s. l. p. 5 coniecit pro *βήσασθαι*: *γίνεσθαι*, vertens: „quisque nostrum cupit se nobili loco natum esse." Quae coniectura tam stulta est, ut de ea si dissererem, lectori ne contumeliam afferrem verear.

v. 186. *ἢν οἱ* codd. Theogn. et Stob. 70,9. At Xenophon *ἤν τις*. „non male" Bergkius. Immo male propter v. 184

ἀγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν

ubi eodem versus loco legitur *τις*, ita ut lectori diligentiori eiusdem soni repetitio molestissima sit. Inde autem sine ullo dubio orta mutatio. +.

In eodem versu *διδῷ* codd. Theogn. et Xenophon. Stob. 70, 9 *φέρῃ* +.

v. 189. Theogn. codd. *χρήματα μὲν τιμῶσι*, Xen. *χρήματα γὰρ τιμῶσι*. Bergkius: „*γὰρ* Xen., *μὲν* male Theognidis codd." Receperunt *γάρ* etiam Welckerus Zieglerus Sitzlerus, *μέν* servaverunt Schneidewinus et Bekkerus. Equidem non video, qua de causa *μέν* male positum sit. Nam facillime cogitatione suppletur enuntiatum huic respondens: „sed utrum nobili loco quis ortus sit necne nunc non interest." Welckerus, qui v. 191. 192 tollit, quod Polypaïdae nomen in iis occurrit,

1) l. l. p. 185. 186.

adnotat p. 90: „ . . . *γὰρ* ex Xenophonte recepi; illud enim (scl. *μέν*) ut poneretur distichum temere insertum in causa fuisse videtur.“ Sed primum haec tollendi ratio, ut hodie constat inter viros doctos, falsissima; tum etiam si dempseris illos versus, tamen propter causam supra allatam *μέν* optime mihi videtur tolerari posse. Stobaei in talibus rebus auctoritatem nullam esse luce clarius est: velut in Euripidis versu ex Iphig. Taur. (1032)

δειναὶ γὰρ αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας 73, 26 contra pro *γάρ* ponit *μέν*, in Euripide falsum, causa aperta:

Δειναὶ μὲν αἱ γυναῖκες εὑρίσκειν τέχνας. Pariter illa quoque in Theognidis loco mutatio maxime in promptu erat. —

v. 221—226. 4,27. v. 226 in Theognide *τῷ δὲ δολοπλοκίαι μᾶλλον ἄπιστοι ἅδον*, apud Stob. *τ. δ. δ. μᾶλλον ἔτ᾽ εἰσὶ φίλαι.* +. *ἔτι* propter praecedentia ineptum. Bergkius quod adnotat: „Stob. *μ. ἔτ εἰσ. φ.*, non recte, sed videtur vitium hic delitescere“ non probo. —

v. 255—256. 103, 8 sub lemmate *Θεόγνιδος.* Sed Theognidis eos non esse testatur Aristoteles duobus locis, ubi eos affert, quorum altero simpliciter *Δηλιακὸν ἐπίγραμμα* vocat eos (Eth. Nic. I, 9), altero (Eth. Eud. I, 1) copiosius exponit, Deli in propylaeo aedium Latonae inscriptum distichum fuisse: *ὁ μὲν ἐν Δήλῳ παρὰ τῷ θεῷ τὴν αὑτοῦ γνώμην ἀποφηνάμενος συνέγραψεν ἐπὶ τὸ προπύλαιον τοῦ Λητῴου, διελὼν οὐχ ὑπάρχοντα πάντα τῷ αὐτῷ, τό τε ἀγαθὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ τὸ ἡδύ, ποιήσας κάλλιστον κτλ.*

Bergkius igitur cum adnotaret: „fuit hoc distichon antiquitus Deli in Apollinis templo vel in donario aliquo inscriptum, v. Aristot. etc.,“ quae verba exscripsit Zieglerus, illum tantum locum respexisse, hunc neglexisse videtur. In proverbium abierunt versus cumque a Theognideae poeseos indole atque ingenio non viderentur abhorrere, in elegorum numerum recepti sunt. Quod Sto-

baeus quoque ut Theognideos eos affert, eo confirmatur quam supra p. 8 exposuimus Bergkii sententia, praeterquam quod pro Stobaeo post Bernhardtii commentationem dicendum erit: compilatores, ex quibus ille hausit. Satis multis discrepantiis versus exstant apud Theognidem Aristotelem Stobaeum, nec ut in proverbio, quae gemina eorum forma fuerit, certo decidi potest. Et in hexametro quidem consentiunt fere omnes tres, excepto, quod Stobaeus pro *λῷστον δ' ὑγιαίνειν* prorsus absurde scripsit *ῥᾷστον θ' ὑγιαίνειν* (*δ' ὑγιαίνειν* B). -|-. Tanto majores differentiae in pentametro:

Theogn. *πρᾶγμα δὲ τερπνότατον, τοῦ τις ἐρᾷ, τὸ τυχεῖν.*

A *ἐρᾶτο.* O quid habeat inter *ἐρᾷ* et *τυχεῖν* non liquere adnotat Bekker., confirmat Jordan. Zieglerus erravit.

Stobaeus: *ἥδιστον δὲ τυχεῖν, ὧν τις ἕκαστος ἐρᾷ.*

Aristotel. Eth. Nic. I, 9.

ἥδιστον δὲ πέφυχ' οὗ τις ἐρᾷ τὸ τυχεῖν.

Sic Kb., margo Paris. reg. 2023, alii codd. prorsus falso. Duo codd.:

ἥδιστον δὲ τυχεῖν, οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ

omni igitur fere ex parte pariter ac Stobaeus, excepto quod *οὗ* pro *ὧν* positum est.

Id. Eth. Eud. I, 1:

πάντων δ' ἥδιστον, οὗ τις ἐρᾷ τυχεῖν. *τὸ* omittunt omnes libri, *ἔραται* Z Mb, *ἐρᾶται* Pb.

Equidem quae germana Deliacae inscriptionis verba sint pro certo non affirmaverim. Hoc tantum contendam, in Theognide Bekkerum et Schneidewinum iniuria fecisse, quod receperunt quod A praebet *ἐρᾶτο.* Primum enim media forma verbi *ἐρᾶν* rarissima (cfr. H. Fritzsche ad Theocr. I, 78), tum imperfectum pro aoristo in gnomis (vel comparationibus) non usitatum, (quamobrem in Homero *Λ*, 549 et *Ο*, 272 nunc legitur *ἐσσεύοντο*) cfr.

Frid. Franke, Ueber den gnomischen Aorist der Griechen, S. 76. Krüger l. l. II, 53, 10 A. 4. Sino dubio A syllabas conjunxit tantummodo falso. ἐρᾷ, τὸ scripto omnia optime se habent et fortasse haec genuinae formae similiora quam οὗ (vel ὧν) τις ἕκαστος ἐρᾷ. Conjectura (ἐρῷτο Bekk. in ed. priore, Bergk. olim ἔραιτο) non opus est.

v. 315—318. 1,16 sub lemmate Θεόγνιδος. Sed afferuntur hi versus ut Solonis a Plutarcho in vita Solonis c. 3, nec potest dubitari vere quin sint huius poetae (v. Bergk. Sol. eleg. frag. 15) et in Theognidis elegias irrepserint, quod res et verba cum his conveniebant. Codd. Theognidei discrepant nonnullis rebus a Plutarchi lectione: v. 315 codd. Theogn. τοι, Plut. γάρ, ibid. codd. Theogn. πλουτοῦσι, Sol. πλουτεῦσι; v. 316 illi τούτοις, Plut. αὐτοῖς; v. 317. Plut. ἐστιν, libri Theogn. αἰεί. τούτοις maximeque αἰεί lectiones non dubito Plutarchi αὐτοῖς et ἐστιν praeferre. αἰεί Bergk. in Solone recepit etiam optimo iure. γάρ an τοι genuinum sit diiudicari non potest, cum non sciamus utrum praegressa sint aliqua necne. τοί quamquam apud poetas gnomicos ad inducendas sententias et hoc quidem versus loco usitatissimum est (cfr. Theogn. v. 74. 95. 113. 153. 161 plurimosque alios locos; v. Sitzleri indicem s. v. τοί), tamen etiam ab iis poni potuit, qui animadversa hac consuetudine in absolutae sententiae formam versus vellent redigere. Inter Stobaei codicumque Theogn. lectionem parva differentia: v. 315 Stob. pro τοι: μέν, quam lectionem veri simile est signo nostro + esse notandam, nam δέ sequens eius causa videtur fuisse. v. 317 ut etiam in v. 179 Stob. ἀεί pro αἰεί falso, qua de re v. supra p. 15. —

v. 319—322. 37,3. v. 320 Theogn. cod A ἔν τε κακοῖς κείμενος ἔν τ' ἀγαθοῖς, contra B C D E F G H M X et Stobaeus ἔν τ' ἀγαθοῖς κείμ. ἔν τε κακοῖς. Bergkius in adnot. Stob. et deteriorum codd. Theogn. lectionem

probavit: „hoc enim ordine alias quoque utitur hic poeta" et etiam in Mus. Rh. p. 425 eam commendavit. Attamen argumento viri docti nihil demonstratur: ille etiam ordo apud Theognidem legitur. Praeter enim hic verba *ἀγαθός* et *κακός* coniuncta (sive per *τε — τε*, sive per *ὅτε — ὅτε*, vel per *εἴτε — εἴτε*) octo omnino locis inveniuntur in Theognide: v. 60. 82. 136. 166. 172. 397. 443. 1114. Quorum quattuor (v. 82. 136. 172. 1114) omnes libri ordinem exhibent a Bergkio probatum *ἀγαθ. — κακ.* Porro idem praebetur v. 443 codice A (ceteri *κακ. — ἀγαθ.*), infra post v. 1162, ubi repetuntur v. 441—446, omnibus codicibus nullo excepto. At contrarii ordinis omnium librorum auctoritate firmati exempla occurrunt v. 60. 166. 397. Quae cum ita sint, Bergkio non licet assentiri, sed v. 320 cum A libro praestantissimo scribendum *ἔν τε κακοῖς κεῖται, ἔν τ' ἀγαθοῖς.*

v. 322 in Theognide *ἀφραίνων κακίην οὐ δύναται κατέχειν*, Stob. *ἀφραίνων βίοτον κτλ.* +. Sensui non nocet mutatio. Causa fortasse Sophoclis in Philoct. (690 Bergk.) versus recordatio: *βιοτὰν κατέσχεν.*

v. 331—332. 15, 6. v. 331 posteriorem partem tantum affert Stob., verbo *ἥσυχος* nescio qua de causa omisso. Quamobrem etiam v. 332 pro *διδούς*, quod est in Theognide et respondet verbo *ἥσυχος*, scribere coactus est *δίδου*, ad verbum *ἔρχεο* adiungens:

Ὥσπερ ἐγὼ μέσσην ὁδὸν ἔρχεο ποσσὶν
μηδ' ἑτέροισι δίδου, Κύρνε, τὰ τῶν ἑτέρων.

Primi igitur generis mutatio. (Quod Nauckium prorsus fugit, cum *δίδου* scribendum proponeret in Theognide[1])

v. 332 Bergkius, gratuito ut mihi videtur, corruptum existimat; in iis quae coniecit *μηδ' ἑτέροισι δίον κτλ.* desideratur coniunctio cum versu priore. —

1) Quo loco hoc fecerit Nauckius, Bergkius non adnotat.

v. 409. 410, cfr. v. 1161. 1162[1]). 31, 16. Locus difficillimus multumque tractatus. Vv. enim 409. 410 ita in codd. Theogn. leguntur:

οὐδένα θησαυρὸν παισὶ[ν] καταθήσει ἀμείνω
αἰδοῦς ἥτ' ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρν', ἕπεται.

v. 409 A O levi neglegentia *παισὶ* quod metro repugnat: ibid. A O [K] falso *καταθήσει*, formam Atticam, praebent, ceteri *καταθήσῃ*. *καταθήσει* corruptum est fortasse non ex *καταθήσῃ*, quod plerique senserunt (nam quo pacto librarii ut hanc formam usitatissimam simplicissimamque mutarent potuerint moveri, vix intelligitur), sed ex *καταθήσεαι*, qua in lectione offensionem habere videbatur syllabae ex synizesi ortae correptio. Quae tamen minime inaudita: cfr. Hom. *Α*, 15 *χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ λίσσετο πάντας Ἀχαιούς.*

Γ, 152 *δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.*
Hesiod. opp. 583 Flach.

δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδήν.
ib. 144

χάλκειον ποίησ', οὐκ ἀργυρέῳ οὐδὲν ὁμοῖον.
ib. 640

Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. —

καταθήσῃ in deteriores libros ex coniectura videtur irrepsisse. Brunckius scripsit *καταθήσεις παισὶν ἀμείνω*, iniuria, nam medii *κατατίθεσθαι* propria vis est reponendi: cfr. Xen. Cyrop. 8, 2, 15 *κ. θησαυροὺς ἐν οἴκῳ*[2]), *διαθήκην παρά τινι* Isae. 5, 1.

1) De versibus repetitis cfr. H. Schneidewin dissert. l. inprimis p. 6—29.

2) Totus locus hic est: *καλὸν δ' ἐπίδειγμα καὶ τοῦτο λέγεται Κῦρος ἐπιδεῖξαι Κροίσῳ, ὅτε ἐνουθέτει αὐτὸν ὡς διὰ τὸ πολλὰ διδόναι πένης ἔσοιτο, ἐξὸν αὐτῷ θησαυροὺς χρυσοῦ πλείστους ἑνί γε ἀνδρὶ ἐν τῷ οἴκῳ καταθέσθαι.* Iniuria igitur Bergkius in Mus. Rh. III, p. 403. ubi et ipse Brunckii scripturam protulit, offendit in medio.

At versuum 1161. 1162 forma haec est:

οὐδένα θησαυρὸν παισὶν καταθήσειν ἄμεινον,
αἰτοῦσιν δ' ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδου.

παισὶν καταθήσειν A, ceteri metro satisfacientes *καταθήσειν παισίν*. Sic etiam O secundum Zieglerum et Iordanum; Bekkerus, quem secutus est Bergkius falso A O illam verborum collocationem exhibere adnotat.

Denique apud Stobaeum versus ita inveniuntur:

οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω
αἰδοῦς, ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδως.

Quorum trium distichorum quamquam facies simillima est, sententias maxime esse diversas apparet. Vv. enim 409. 410 hoc dicitur: „Nullum meliorem thesaurum filiis repones, quam reverentiam, quae bonos viros sequitur" i. e. ipse bonus vir esto, nam bona fama nihil filiis tradere potes melius. At vv. 1161. 1162: „Non melius est filiis thesaurum coacervare, sed potius petentibus viris bonis dato." Stobaei denique locus in hunc modum interpretandus: „Nullum domi thesaurum coacervabis meliorem quam reverentiam, quam viris bonis praestas."

Nullum igitur ex horum distichorum numero sensu caret et quaeritur, quaenam versuum forma Theognidi ipsi assignanda sit. Et hoc quidem concedetur, propter ea, quae adhuc usque de Stobaeo habemus comperta, melius esse prius de duabus distichi formis in Theognide exstantibus disserere, quippe quae ad rimanda vera poetae verba viam munituræ sint sine dubio et faciliorem et tutiorem.

Hoc primum apparet fieri non potuisse, ut utrumque distichon, et vv. 409. 410 et vv. 1161. 1162 scriberet Theognis: quamquam enim sententiae sunt diversae, tamen illud ne existimemus formae prohibemur nimia et propria similitudine. Alterutrum autem tantummodo si licet Theognidi adscribere, dubium esse non potest, quin

vv. 409. 410 soli poeta digni sint. Hic enim si ν ephelcysticum omissum addis ad παισὶ A O lectionem et pro καταθήσει scribis καταθήσῃ vel melius καταθήσεαι, quae mutationes nullae paene habendae sunt, non video quid in versibus possis offendere. At in vv. 1161. 1162 plurimae offensae. Nam primum propter comparativum ἄμεινον cum desideretur aliquid quod comparetur, ut v. 409 apte dictum est ἀμείνω — αἰδοῦς, v. 1161 minime apte novum additur enuntiatum αὐτοῦσιν δ' ἀγαθοῖς κτλ. Tum in v. 1162 ἀλλὰ multo melius fuit quam δὲ, si omnino hoc tolerari potest. Denique infinitivus futuri καταθήσειν ab ἄμεινον scl. ἐστίν pendens[1]) ferri nullo modo potest: recte usurparetur infinitivus praesentis vel aoristi; et οὐδένα apud infinitivum ex locutione impersonali pendentem falsum: μηδένα utique poscitur (cfr. Krüger Gr. Sprachl. I, 67, 7 A. 1.) Versus igitur 1161. 1162 his maximis vitiis laborant. Nec tamen librariorum incuriae discrepantiae tribuendae sunt: immo certo consilio omnia verba in alium sensum mutata esse luce clarius est. Recte igitur in parodiarum numerum versus recepisse videtur Welckerus (cfr. etiam quae adnotat p. 136). Quae parodia ab eo fortasse profecta, qui alteram hanc duarum, quibus constare videtur liber ἐλεγείων A, collectionum concinnavit. Et perductum eum esse ad hunc lusum hoc fere modo cogito: in v. 1162 cum casu fortasse per errorem oculi pro αἰδοῦς legisset αὐτουσ . . ., postquam erasse sese intellexit, in mentem ei venit, etiam αὐτουσ . . . si legeret, sensum haud ita difficile versibus dari posse: scripsit igitur, sententia commotus in Theognide saepe repetita, viros bonos penuria opprimi: αὐτοῦσιν δ' ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδου. quamquam, quod Welckerus

1) Non recte iudicavit H. Schneidewin l. l. p. 26. cum infinitivum καταθήσειν aut inepte pro imperativo positum aut librarii errore exaratum esse pro καταθήσεαι poneret. Pendet ex ἄμεινον scl. ἐστίν. Qua de re v. infra.

optime adiuvat, minime est verisimile. Illos viros bonos, quos dicit Theognis, scl. optimates, nobiles, stipem coacturos esse (*αἰτεῖν*). Quibus scriptis animadvertit priorem versum minus aptum factum esse: nam cum non iam alter thesaurus opponeretur alteri (scl. divitiae reverentiae), sed congerere pecuniam consumendo in beneficiis, *ἀμείνω* verbum ad *θησαυρόν* relatum tolerari nequibat, sed aliter dicendum erat: posuit igitur parodiae auctor, cuius intererat ut poetae verba quam fidelissime servaret, *καταθήσειν ἄμεινον* (scl. *ἑαυτόν*), logicae legibus satis oboediens, laedens grammaticas futuri infinitivo ponendo. Et metricum quoque peccatum admisit *παισὶν καταθήσειν ἄμεινον* cum scriberet genuinorum in v. 409 verborum collocationem servans. Hunc enim verborum ordinem recte sine dubio retinuit A liber, cum deteriores codices ex conjectura corrigerent *καταθήσειν παισὶν ἄμεινον*. Versus hoc modo orti, cum res et verba a Theognidis ingenio non viderentur abhorrere, in elegorum eius numerum recepti sunt.

Hoc igitur pro certo potest haberi, versus 409. 410 quominus genuinos aestimemus nihil obstare, quominus vv. 1161. 1162, omnia. Sed iam intricatur quaestio Stobaei loco:

Οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω
αἰδοῦς, ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδως.

Nietzschius l. l. p. 187 de discrepantia inter vv. 409. 410 et Stobaeum haec dicit: „Man sieht, dass dies zwei verschiedene Gedanken sind. Aber die Version bei Stobaeus rührt wieder von ihm selbst her. Er wollte den Gedanken: ‚Achte gute Männer, das ist der grösste Schatz für Dich.'" Et hoc verum esse iudico. Affert enim Stobaeus[1]) sententiam in capite *περὶ αἰδοῦς*, verbo *αἰ-*

1) Monendum hoc breviter me dicere: et Stobaeus potuit facere et compilatores, quorum operibus usus est.

δοῦς in altero versu allectus. Prorsus autem alia erat sententia Theognidea: scripsit igitur, adhibita simul versuum 1161. 1162 scriptura, quae distichi forma iam tum in altera syllogae parte exstitisse videtur:

αἰδοῦς ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι Κύρνε, δίδως.

At *αἰδῶ διδόναι* nusquam alibi invenitur et fortasse a Graeco sermone plane alienum est („sehr problematisch" locutionem vocat Bergkius in Mus. Rh. p. 402). Nec tamen in hoc acquievit compilator. Recte enim cum sentiret, apte illud quidem dici: patris bona fama liberis certissimae divitiae, sed absurde reverentiam, quam ipsi aliis praestamus liberorum vocari optimum thesaurum, pro *παισὶν* posuit *ἔνδον* i. e. domi, ut aliquantulum saltem ineptiam minueret. Nec tamen vidit vir bonus, totam sententiam pessumdatam iam esse. Quis enim est, qui dicat, rem aliquam, quae aliis detur, optimum thesaurum reponi? Hoc profecto non aliter est quam si dicturus quis esset: „Keine besseren Reichthümer kannst Du aufspeichern, als die Steuern, die Du dem Staate zahlst." Maxime igitur mirum, quod Zieglerus v. 1161 1162 recepit Stobensem distichi formam, et Bergkius, qui in Mus. Rhen. rectius iudicavit, in editione adnotavit ad v. 1161. 1162: „Stob. XXXI, 16 . . . . Et sane videtur poeta scripsisse:

Οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι παισὶν ἀμείνω
αἰδοῦς, ἥντ' ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδως.

sive *παισὶν καταθήσῃ ἀμείνω* malis."

Schmidtius quoque l. l. p. 192 pentametrum sumpsit ex Stobaeo.[1]) Sed de huius viri doctissimi sententia accuratius disserere opus est. Mirum primum, quod vv. 1161. 1162 solos semper respicit, vv. 409. 410 eadem alia forma praeberi fefellisse eum videtur. Nietzschii

1) Ceterum Schmidt. in exscribendo loco Stobaei in versu priore pro *ἀμείνω* falso exaravit *ἄμεινον*.

sententiae, satis multas lectiones et etiam hanc ipsum fecisse Stobaeum, acriter resistendum esse credit. Bernhardtii commentationem et quae attulit hic exempla Euripidea firmissima et extra omnem dubitationem posita novisse omnino non videtur. Ipse in loco nostro glossemata ponit et *θησαυρόν* quoque tale esse indicat. Et in *θησαυρὸν* iam accentus metricus suspicionem eius movet: *θησαυρός* usitatum esse, quod ad firmandum quasi strictim et tanquam multa alia noverit exempla affert Hesiod. opp. 719 Flach.

Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος φειδωλῆς κτλ.

Verum si confidere licet Stephani Thesauro, hoc uno loco in tota Graecorum poesi epica elegiacaque excepto nostro occurrit verbum *θησαυρός*. Et apud alios poetas utrumque accentum solitum fuisse, haec exempla docebunt:

Pind. Pyth. VI, 8. *θησαυρὸς ἐν πολυχρύσῳ.*

Eurip. Ion 923. *οἴμοι, μέγας θησαυρὸς ὡς ἀνοί-γνυται.*

Soph. Ai. 1175. *ἱκτήριον θησαυρὸν εἰ δέ τις στρατοῦ.*

Id. Antig. 30. *θησαυρὸν εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.*

Contra:

Eur. Ion. 1141. *λαβὼν δ' ὑφάσμαθ' ἱερὰ θησαυρῶν πάρα.*

Aristoph. Av. 599. *τοὺς θησαυρούς τ' αὐτοῖς δείξουσ', οὓς οἱ πρότερον κατέθεντο.*

ibid. 601 (!). *οὐδεὶς οἶδεν τὸν θησαυρὸν τὸν ἐμὸν πλὴν εἴ τις ἄρ' ὄρνις.*

Aeschyl. Pers. 237 (Herm.). *ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς ἐστι, θησαυρὸς χθονός.*

ibid. 992. *θησαυρὸν βλέποντα.*

In *θησαυρὸν* igitur nihil sine dubio offensionis et prorsus gratuito pro eo Schmidtius scribit *πᾶσαν, οὐδεμίαν πᾶσαν κτλ.*, quod verbum insuper una Hesychii

glossa probatur πᾶσις] κτῆσις. Tum ἔνδον vehementissime tenet Schmidt., Stobensis compilationis ingenio minime perspecto, et affert Theogn. v. 423

πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον

exitus colorem vere Theognideum firmaturus. Sed primum tali argumento nihil demonstratur: tum oblitus est Schmidt. locum illum quo utitur controversum esse et Stobaeum ipsum quem tantopere colit suspicitque, praebere pro ἔνδον ἄμεινον: ἔνδοθεν ἦλθεν.[1]) Qua de re infra disserendum erit. Addit vir doctus: „Und was sollen in der Anrede an Kyrnos die παῖδες?“ Quod argumentum omnino me non intellegere fateor. In Hoeltyi carmine „Der alte Landmann“ inscripto ultima stropha filius compellatur: „Sohn, übe Treu' und Redlichkeit“ et versus quintus hic est:

„Dann suchen Enkel Deine Gruft.“

Ubi quaesiverit fortasse aliquis subtiliore acumine praeditus: „Was sollen in der Anrede an den jungen Menschen die Enkel“?

Totum igitur locum in hunc modum imaginatur Schmidtius (glossematis superscriptis):

Οὐδένα θησαυρὸν . ἄμεινον
Οὐδεμίαν πᾶσιν καταθήσεαι ἔνδον ἀμείνω
αἰδοῦς, ἣν ἀγαθοῖς ἀνδράσι, Κύρνε, δίδως.

Qua de emendatione quid existimandum sit, inter omnes iam constabit: equidem omni fundamento eam carere censeo. Summam igitur ut faciam, eventus disquisitionis nostrae hic est: Theognidi ipsi adscribendi sunt vv. 409. 410. Vv. 1161. 1162 horum parodia sunt. Distichi forma apud Stobaeum exarata ex his et illis infelicissime mixta, ut sententia ad caput, in quo exstat, accommodaretur. —

v. 421—424. 36, 1. v. 421 codd. Theogn. θύ-

---

1) v. infra.

ραι οὐκ ἐπίκεινται, Stob. *θύρα οὐκ ἐπίκειται*, itaque etiam v. 422 *ἁρμοδίη* pro *ἁρμόδιαι*. 4. v. 422 pro *ἀμέλητα μέλει* quae recte exhibent codd. Theogn., Stob. *ἀλάλητα μέλει*, quorum verborum sensus omnino nullus est. Mutatio sine dubio tertii generis: nam cum in capite *περὶ ἀδολεσχίας* versibus uteretur Stobaeus, verbum *λαλεῖν* aliquo modo in sententiam inducere studuit. v. 423 codd. Theogn. *πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον*, Stob. . . . . *κατακείμενον ἔνδοθεν ἦλθεν*. Locus difficilis. V. 424 saltem, cum sanum sensum non praebeat, corruptum esse omnes consentiunt. Sed iam v. 423 vitiatus videtur esse. Stobaei lectio versus prorsus pessumdat, cum oppositio inter *ἔνδον κατακείμενον* v. 423 et *ἐξελθὸν* v. 424 ea tollatur. Alterius generis quin mutatio sit non dubito. Ex coniecturis a viris doctis in v. 424 propositis ad locum sanandum nulla idonea (V. de his Leutsch. Philol. XXX. p. 660 sqq.). Leutschius l. l. proposuit *ἐσθλοῦ δ' ἐξελθὸν λώϊτερον τὸ κακόν* vel *ἐσθλοῦ δ' ἐξελθὸν λώϊον ἢ τὸ κακόν*, quae interpretatur: „Oft ja ist, dass das Uebel im Innern bleibt, besser, als das Gute auch besser das öffentlich auftretende Uebel." Quae omnino me non intellegere fateor. Ex sensu praestantissima Harteli in Analectis emendatio *ἐσθ' ὅτε μὴ 'ξελθὸν λώϊον ἢ τὸ κακόν*, sed reicienda, quod copulatio deest cum versu praecedenti. Bergkius ipsam emendationem non aggressus, rationem tantum, quam in ea sequendam censet, in adnotatione ad locum exposuit: „poeta videtur dixisse: bonum quod divulgatum, plus nocuit, quam malum." Equidem quam proponam correctionem non habeo. Ceterum in v. 424 *ἐξελθὸν* codd. Theogn. (A O *ἐξελθεῖν* levi mendo), Stob. *ἐξελθεῖν* 4, quod haec constructio magis solita erat.

V. 425—428 120, 4; v. 425. 427 120, 3.[1]

1) V. 425—428 120, 4 exstant sub lemmate *Θεόγνιδος*, v. 425.

V. 425. Stob. utroque loco ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι κτλ. idem Diogenianus, Sextus Empiricus, Auctor Certaminis Homeri et Hesiodi, Suidas, Macarius, Apostolius, Arsenius, qui et ipsi locum afferunt vel totum vel partim. At codd. Theogn. omnes πάντων μὲν μὴ φ. κτλ. et hoc etiam Clemens Alexandrinus et Theodoretus. Disceptatio orta est, quodnam verbum genuinum esset. Schneidewinus in Delectu: „Theognidi fortasse reddendum πάντως: ἀρχήν enim scribunt

427 120, 3 inscripsit Stobaeus ἐκ τοῦ Χαλκιδάμαντος Μουσίου, quibus pro verbis, cum neque Χαλκίδαμας nomen Graecum, neque μουσίον verbum a Graecis sit usurpatum, Gaisfordius recte sine ullo dubio scribendum proposuit: ἐκ τοῦ Ἀλκιδάμαντος Μουσείου. Alcidamantis enim rhetoris, Gorgiae discipuli, librum Μουσεῖον inscriptum exstitisse constat. Quem librum promptuarium quoddam rhetoricum fuisse quod declamationes de variis rebus contineret, probabiliter coniecit Sauppius (Oratt. Att. II, p. 155). Partem huius Musei idem vir doctus, recte nisi valde erro, mortis laudationem fuisse iudicat (cfr. Cic. Quaest. Tusc. I, 48 § 116: „Alcidamas quidem, rhetor antiquus in primis nobilis scripsit etiam laudationem mortis, quae constat ex enumeratione malorum humanorum“ — e. q. s. et Menand. in Walzii Rhett. Graec. IX. p. 163 παράδοξα δὲ οἷον Ἀλκιδάμαντος τὸ τοῦ θανάτου ἐγκώμιον.) Qua in laudatione Alcidamas versibus illis Theognideis, et quidem ut alii quoque versibus 425. 427 solis, omissis 426 et 428, ad suam sententiam firmandam usus est et Stobaeus hinc in florilegium recepit. Idem veri simillimum est valere in versus, qui in Stobaei cod. A hos Theognideos sequuntur, quosque omiserunt Grotius Gaisfordius Meinekius:

Θάνατος γὰρ ἀνθρώποισι νεικέων τέλος
ἔχει. —
Μαθεῖν δὲ πᾶσίν ἐστιν εὐμαρές.

Quorum versuum priorem Euripidis ex Antigone esse Stobaeus ipse docet 125, 6; cuius alter sit nescimus, sed recte in eo scripsisse videtur Sauppius pro μαθεῖν: θανεῖν, quam emendationem probavit etiam Vahlenus in dissertatione „Der Rhetor Alcidamas“ inscripta (Sitzungsberichte der Wiener Akad. d. W. Bd. 43, 1863). Utrumque versum ab Alcidamante sententiam suam poetarum testimoniis confirmaturo pariter ac Theognideos allatos esse recte iudicavit Sauppius et perperam fecerunt Gaisfordius et Meinekius, cum versus in textum non reciperent.

Sextus Empiricus, Stobaeus aliique." Idem Heimsoethio placuit, qui postea *ἀρχὴν* scribendum censuit. *πάντων* in Theognide servavit rectissime Bergkius. Nam in hac quaestione loci laudati si in censum venturi sunt contra omnium librorum Theognideorum consentientem auctoritatem, omnes saltem scriptores qui locum afferunt nullo excepto *ἀρχὴν* praeberent necesse erat. Quod tamen minime fit: nam Clemens et Theodoretus *πάντων* exhibent itidem ut libri Theogn. Tum, id quod rem profligat, in mutationem *ἀρχὴν* pro *πάντων* facillime incidere poterant scriptores locum respicientes: *φῦναι δ'* enim cum infra a poeta dictum

Prorsus falso de flor. tit. 120. 3 iudicavit Leutschius Philol. XXX, p. 202 sqq. Cum enim vir doctissimus intereat, ut post Crantorem demum *ἀρχὴν* lectionem pro *πάντων* ortam esse demonstret (qua de re v. in textu), nihil antiquius habet, quam ut hunc Stobaei locum tollat, quippe quo ostendatur Alcidamantem iam, Gorgiae discipulum, Isocratis aequalem (non discipulum, quod per errorem dicit Leutschius) lectionem illam cognitam habuisse atque adhibuisse. Ponit igitur, lemmate illo quidem demonstrari, olim hic Alcidamantis versus exstitisse, sed hos excidisse et neglegentia librariorum ex versibus 425—428, qui 120, 4 afferuntur, versus 425. 427 in lacunam traiectos: nam veri esse dissimile, Stobaeum spatio non interiecto bis eandem sententiam laudasse, nec fieri potuisse, ut versus quos aliunde notos haberet etiam ex ignobiliore Alcidamantis Museo promeret, denique lemmatis quoque locum turbatum esse firmari: duo enim lemmata deesse, ante verba *Θέογνιδος* *ἐκ Θεόγνιδος* et ante *μαθεῖν* (vel *θανεῖν*) *τοῦ αὐτοῦ* vel alius poetae nomen.

Quae tria omnia Leutschii argumenta facillime possunt refelli. Primo respondendum, non prorsus eandem sententiam hic a Stobaeo laudatam, sed altero loco versus 425—428, altero tantum 425 et 427, qui soli a compluribus scriptoribus, a Diogeniano, Apostolio, Arsenio, Certaminis Homeri et Hesiodi auctore, afferuntur (quamobrem Bergkius v. 425. 427 priscam versuum Theognideorum originem putat, v. in textu), ita ut optime eos tamquam aliam sententiam habere potuerit compilator. Idem alteri argumento opponendum; tertio, lemmata a Leutschio desiderata ob eandem causam Stobaeum omisisse, qua *Θεόγνιδος* 120, 3 non adiunxit: haec quoque Euripidis et fortasse alius verba ex Alcidamantis Museo prompsit et ad hoc lemma omnia referenda.

esset, *μὴ φῦναι* non satis acriter illi oppositum visum est, quamobrem — ita scilicet, ut quid vellent ipsi clare non sentirent — pro *πάντων*, quod ad *ἄριστον* pluribus verbis separatum referendum minusque necessarium erat ad sensum, *ἀρχὴν* addiderunt ad *μὴ φῦναι*, ut oppositio acueretur: „Omnino non natum esse optimum est: si semel natus es, etc.“ Quae cum ita sint, maxime mira Leutschii in Philologi vol. XXX, p. 202 sqq. *ἀρχὴν* et *πάντων* diversitatis arcessita explicatio. Illud enim pro *πάντων* ut a Sexto Empirico usurparetur, Crantoris ponit, quem Sextus sequeretur, loco effectum esse, ubi Theognidis verbis ita ille usus esse videretur, ut qui minus diligenter legeret *ἀρχὴν* poetae verbum esse posset existimare. Adlegat Plut. consol. ad Apoll. c. 27. *πολλοῖς γὰρ καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, ὥς φησι Κράντωρ, οὐ νῦν, ἀλλὰ πάλαι, κέκλαυσται τἀνθρώπινα, τιμωρίαν ἡγουμένοις εἶναι τὸν βίον καὶ ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἄνθρωπον συμφορὰν τὴν μεγίστην.* Clementem autem Alexandrinum, qui ipse quoque ex Crantore penderet, aut accuratius illius locum spectasse aut Theognidis versus habuisse notos, qua de causa recte apud eum legi *πάντων*. Tum apud paroemiographos quoque *ἀρχὴν* exstare, quod qui primus hos versus in collectiones inferret, non ex Theognidis carminibus, sed ex fonte aliquo qui ex Crantore penderet eos sumpsisset. Quae tota argumentatio falsa est: Crantoris ille locus hoc tantum ostendit, quod modo exposuimus, verbum *ἀρχὴν*, „omnino“, in tali sententia maxime in promptu esse: „Gar nicht geboren zu sein, wäre doch das Beste.“ Velut etiam Aristoteles dicit apud Plut. Consol. Apoll. c. 27 D: *ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον*, ubi *πάμπαν*, cuius vis par est verbo *ἀρχὴν*, coniunctum occurrit cum *πάντων*. Quod cum maxime valet in paroemiographos. Et praeterea omnia illa, quae de Crantore ingeniosissime excogitavit vir doctus, evertuntur Stobaei illo loco, in floril. 120,3, ubi iam ab

Alcidamante illa versus forma usurpatur, plus centum annis ante Crantorem. Qua de re tollere studuit Leutschius omnibus viribus locum molestum; quam autem male cessisset eius probatio, in adnotatione p. 33 ostendisse me puto.

v. 428. Stobaeus ut omnes libri Theogn. *γῆν ἐπαμησάμενον*, at Sextus Empiricus, qui praeter Stobaeum unus ex scriptorum qui locum laudant numero omnes quattuor versus attulit, *γαῖαν ἐφεσσάμενον*. Quam Sexti lectionem, cum *ἐπαμᾶσθαι* in hoc versu insolenter usurpatum sit, quippe quod verbum aliis locis dicatur de iis, qui mortuum terra condunt, Zieglerus et Sitzlerus Brunckii exemplum secuti in textum receperunt ita mutatam, ut scriberent *γῆν ἐπιεσσάμενον*, quae forma ionica antiquiori epico sermoni propria et postea quoque servata est, cfr. Xen. Cyr. 6, 4, 6 *γῆν ἐπιέσασθαι*; *ἐφέσσασθαι* nonnullis tantummodo occurrit anthologiae locis. De significatione locutionis v. Hesych. *ἐπιέσασθαι γῆν· ταφῆναι*. Bergkius *ἐπαμησάμενον* illud quidem in textu reliquit, addidit tamen, propter huius verbi usus insolentiam placere Sexti lectionem. Equidem vero non dubito, Sextus ipse quin mutaverit *ἐπαμησάμενον* in *ἐφεσσάμενον* et inciderit in mutationem, quae secundo generi adscribenda est, quod haec locutio apud Graecos solita, illud insolenter dictum erat atque durissime. De *γῆν ἐπιέννυσθαι* cfr. Pind. Nem. 11,16

θνατὰ μεμνάσθω περιστέλλων μέλη,
καὶ τελευτὰν ἁπάντων γᾶν ἐπιεσσόμενος.

Xenoph. Cyr. 6, 4, 6: *κοινῇ γῆν ἐπιέσασθαι μᾶλλον ἢ ζῆν μετ' αἰσχυνομένου αἰσχυνομένῃ*, et praeterea in anthologia Palat. complures locos (VII, 238, 480, 299, fortasse etiam 720,2). Et iam apud Homerum comparandum Γ, 56. 57.

ἀλλὰ μάλα Τρῶες δειδήμονες· ἦ τέ κεν ἤδη
λάινον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας.

qui poeta etiam in aliis locutionibus verbo abusive utitur: cfr. *θοῦριν ἐπιειμένοι ἀλκήν* Θ, 262, *μεγάλην ἐπιειμένον ἀλκήν* ι, 214, *ἀναιδείην ἐπιειμένε* A, 149.

Sufficient haec exempla ad firmandum, in promptu fuisse verborum commutationem. Quae cum ita sint, retinendum *ἐπαμησάμενον* censeo; quod quamquam insolenter dictum concedo, tamen non prorsus inauditum mihi videtur: nam poeta noster cum ubique brevitatem sequeretur quam maximam, hac causa commotus est, ut dictione uteretur audaciore; novum enim enuntiatum velut *τῶν φίλων* vel *τῶν προσηκόντων γῆν ἐπαμησαμένων* addere duorumque distichorum spatium excedere noluit. Et retinuerunt *ἐπαμησάμενον* praeter Bergkium etiam Bekkerus et Schneidewinus.

De toto loco adnotat Bergkius: „Fuerunt antiqui versus, quos Midae Silenus ferebatur olim dixisse, *Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, φύντα δ' ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι*, quos imitatur Theognis." Nititur vir doctus in Aristotelis narratiuncula de Mida et Sileno apud Plutarchum[1]), quam fabulam Cicero quoque refert[2]), et in eo, quod duo illi hexametri a com-

1) Consol. Apoll. 27, D: *τοῦτο μὲν ἐκείνῳ τῷ Μίδᾳ λέγουσι δήπου μετὰ τὴν θήραν, ὡς ἔλαβε τὸν Σειληνὸν, διερωτῶντι καὶ πυνθανομένῳ, τί ποτέ ἐστι τὸ βέλτιον τοῖς ἀνθρώποις καὶ τί τὸ πάντων αἱρετώτατον, τὸ μὲν πρῶτον οὐδὲν ἐθέλειν εἰπεῖν, ἀλλὰ σιωπᾶν ἀρρήτως. ἐπειδὴ δέ ποτε μόλις πᾶσαν μηχανὴν μηχανώμενος προσηγάγετο φθέγξασθαί τι πρὸς αὐτὸν οὕτως ἀναγκαζόμενος εἰπεῖν· ‚Δαίμονος ἐπιπόνου καὶ τύχης χαλεπῆς ἐφήμερον σπέρμα, τί με βιάζεσθαι λέγειν, ἃ ὑμῖν ἄρειον μὴ γνῶναι; μετ' ἀγνοίας γὰρ τῶν οἰκείων κακῶν ἀλυπότατος ὁ βίος· ἀνθρώποις δὲ πάμπαν οὐκ ἔστι γενέσθαι τὸ πάντων ἄριστον, οὐδὲ μετασχεῖν τῆς τοῦ βελτίστου φύσεως· ἄριστον γὰρ πᾶσι καὶ πάσαις τὸ μὴ γενέσθαι· τὸ μέντοι μετὰ τοῦτο καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἄλλων ἀνυστὸν, δεύτερον δὲ, τὸ γενομένους ἀποθανεῖν ὡς τάχιστα.'*

2) Tuscul. Qu. I, 48, 114: Affertur etiam de Sileno fabella quaedam: qui cum a Mida captus esset, hoc ei muneris pro sua missione dedisse scribitur: docuisse regem, non nasci homini longe optimum esse; proximum autem, quam primum mori.

pluribus scriptoribus, in primis a paroemiographis, soli afferuntur (ut ab auctore certaminis Homeri et Hesiodi, Diogeniano, Apostolio, Arsenio), et a paroemiographis quidem, excepto Macario, Theognidis nomine non addito, sed *κατὰ τὸ λεγόμενον* vel similiter. Sed primum nusquam invenitur Silenum versibus locutum esse: apud Aristotelem, qui verbose ipsum eum Midae respondentem facit oratione directa, soluta oratione utitur, nec apud Ciceronem ullum vestigium quo demonstretur Sileno versus esse adscriptos. Tum duo hexametri quod soli afferuntur et maxime a paroemiographis, eo neutiquam efficitur, eos potissimum esse antiquissimos. Studebant enim quibus placuit sententia, ut in ambitum quam brevissimum eam redigerent: in proverbium praecipue quominus veniret, maior ambitus magno impedimento erat. Quamobrem, cumque felicissime contigisset, ut hexametri omissis pentametris sententiam efficerent absolutam et eam brevitate gravissimam maximeque idoneam ad proverbii locum obtinendum, hi mox in proverbium abierunt, cum auctoris memoria evanesceret[1], qua de causa apud proverbiorum collectores plerosque (non omnes) sine Theognidis nomine occurrunt. De *ἀρχῇ* lectione supra disserui. Alii tres priores versus solos afferunt, ut Clemens Alexandrinus, Theodoretus, Suidas, Macarius; Scholastia Sophoclis (ad Oed. Col. 1225) unum 425; omnes quattuor laudant soli Sextus Empiricus et Stobaeus: quo optime demonstratur illa quam dixi scriptorum laudantium ad contrahendum propensa voluntas. Nullo igitur modo Bergkii sententia de versibus 425-427 (cui similem Rintelenus protulit l. l. p. 49, qui praeterea utrum Theognidis pentametri saltem sint necne in incerto relinquit) potest confirmari. Fabella illa nihil aliud

1) Hoc saepissime fieri [illegible] mis Schilleri, exempla docent.

ostendit, quam mature Graecos atque valde sensisse vitae humanae malorum numerum et magnitudinem: quae et praeter Theognidem plurimi deploravere (cfr. Hom. P, 446, σ, 129; Hesiod. Opp. 101; Bacchyl. fr. 3; Sophocl. Oed. Col. 1225; Herodot. VII, 46) et quae ad illustranda praeter illam de Sileno fabulam Graecorum uberrimum ingenium narrationes finxit de Cleobi et Bitone[1]), de Trophonio et Agamede[2]), de Pindaro[3]), de Elysio Terinaeo[4]). Verum versus 425. 427 antiquissimos esse inde velle efficere falsissimum. Nec intelligitur praeterea, nec quo pacto poeta aliquis dignum habere vel potius arrogare sibi potuerit, ut ad hexametros notissimos clarissimosque pentametros adglutinaret (imitandi vocabulo infelicissime usus est Bergkius), nec — quod recte monet Leutsch. l. l. — si fecisset, quomodo tantam gloriam illis versibus Theognis potuerit consequi, quantam re vera adeptus est. Mea igitur sententia haec est, Theognidem itidem ut Bacchylidem Sophoclem alios expressisse cogitationem apud Graecos, gentem humanissimam, vulgatam, libere ingenio usum, pendentem ex nullo.

V. 457—460. 71, 2. v. 457 Stob. (et Athenaeus) recte *σύμφορόν ἐστι*, quod in libris Theogn. corruptum est, sed tam leviter, ut ad Stobaeum confugere operae non pretium sit (*σύμφερόν ἐστι* G, *σύμφορον ἔνεστι* A D E H N, *σύμφορονον ἐνεστι* B F, O non legi potest.) — v. 459 Stobaei codd. praeter A item ut Athenaeus et Eustathius prorsus inepte *ἄγκυραν* pro *ἄγκυραι*, mire consentienti librariorum peccato.

V. 479—486. 18, 14. v. 479 libri Theogn. *οὐκέτι κεῖνος.* Stob. (et Athenaeus) *οὐκέτ᾽ ἐκεῖνος.* +. v. 481. cod. Vossii *νήφουσι*, A B m. sec. recte *νήφοσι*, quod in

1) Herodot. I, 31. Cic. Tusc. I, 47, 113.

2) Plut. Consol. Apoll. 14. Cic. ibid.

3) Plut. ibid.

4) Plut. ibid ex consolatione Crantoris. Cic. Tusc. 1, 48, 115.

Theognide praebetur cod. A. v. 485 Stobaeus quamquam tantum usque ad v. 486 elegiam affert, *ἀλλ' ἢ πρὶν* verba non mutavit, quae nisi sequitur v. 487 sensu carent. Quamobrem Athenaeus, compilatore nostro vir accuratior, scripsit *πρὶν μεθύειν δ' ἔρχῃ*, cfr. p. 13.

V. 497. 498. 18, 15. v. 497 *ὁμῶς* recte codd. Theogn., Stob. absurde *ἄγαν*. Credidisse videtur in capite *περὶ ἀκρασίας* *ἄγαν* verbum nunquam malum esse posse.

V. 499—508. 18, 16. V. 501 in Theognide *τὸν ὑπὲρ μέτρον ἤρατο πίνων*, apud Stob. prorsus aliud hemistichium *κακότητα δὲ πᾶσαν ἐλέγχει*: 'vinum convincit omnem pravitatem,' i. e. omnia quae in hominis pectore mala recondita sunt, vino aperiuntur. Compilator *ἤρατο* non intellexisse videtur, quod recentioribus quoque accidit (cfr. conjecturas a Bergkio allatas): lectio tamen a Bergkio in adnotatione ita defensa, ut hodie in dubium vocari non possit. Quo igitur verbo non intellecto occasione oblata usus est Stobaeus[1], ut locum, ut credidit, corrigeret et ad capitis (*περὶ ἀκρασίας*) argumentum redderet aptiorem, pro verbis *τὸν ὑπὲρ μέτρον κτλ.* ad sensum minus necessariis, quorum simillima praeterea paucis versibus ante scripserat (18, 15), alia ponens *ἀκρασίας* vim et effectum quam clarissime illustrantia. Et concedendum, locum industria eius saltem non prorsus corruptum esse, quod saepissime evenit.

V. 502 codd. Theogn. *καταισχύνει*. Stob. *κατα σχύνει*. +. Ibid. codd. Theogn. *πρὶν ἐόντα*. Stob. *τὸν ἐόντα*. +.

V. 506. in Theognide *πειρηθῶ*. Stob. *πειρήσω* + (idem Apostolius, v. infra). In eodem versu Theogn. cod. A *ἔχει*. Stob. et ceteri libri Theogn. *ἔχῃ* (O *ἔχει*). Neutrum cum legibus grammaticis vetetur, cod. A auctoritatem sequi opportet. —

1) v. supra p. 27 adn. 1).

V. 509—510, cf. 211—212. 18, 12.

V. 211—212 hi sunt:

Οἶνόν τοι πίνειν πουλὺν κακόν· ἢν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακός, ἀλλ' ἀγαθός.

v. 509—510:

Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακόν· ἢν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸν ἀλλ' ἀγαθόν.

Stobaeus:

Οἶνος πινόμενος πουλὺς κακός· ἢν δέ τις αὐτὸν
πίνῃ ἐπισταμένως, οὐ κακὸς, ἀλλ' ἀγαθός.

Οἶνος πινόμενος omnes qui locum laudant (praeter Stobaeum Aristoteles in Bussemakeri problematis [v. infra], Galenus, Clemens Alex., Artemidorus). Eandem prorsus formam quam Stobaeus exhibent Artemidorus et Aristoteles. Apud ceteros hae variationes: Galenus *πουλὺς κακόν. κακὸν — ἀγαθόν.* Clemens Alex. *πουλὺς κακός. κακὸν — ἀγαθόν.* Consentit igitur cum v. 509—510 accurate solus Galenus. Quae distichi forma genuina sit, equidem non diiudicaverim. Hoc tantum contendam *οἶνόν τοι πίνειν πουλὺν κακόν* praeferendum esse alteri lectioni et propter *τοι* (v. p. 22) et quod *οἶνος πινόμενος* mutatio in promptu videtur fuisse, quia vinum, de quo agit sensentia, ita subiectum fiebat, quod commodum ad utendum: ut etiam apud omnes qui locum afferunt scriptores nullo excepto haec occurrit scriptura (plerique viri docti contra iudicaverunt, sed falso, locorum laudatorum naturam parum intellegentes). —

v. 523—524. 91, 1. v. 523 in codd. Theogn. optime *βροτοὶ τιμῶσι μάλιστα.* Apud Stob. vulgata lectio *θεῶν τιμ. μ.*, sed A. B. cod. Vossii Gesneri margo *θεοὶ τ. μ.*, quod ineptum. Et vulgata eo reicienda, quod tertia pluralis persona, ita ut generale subiectum velut *ἄνθρωποι* vel simile quid supplendum sit, in Theognide non invenitur. v. 554. pro *ἢ γὰρ* Stob. *σὺ γὰρ* +, quod metro repugnat. —

v. 525—526. 91, 2. v. 525 pro *καὶ γάρ τοι — ἔοικεν*, quae verba in Theognide optime se habent, apud Stobaeum vulgata lectio exhibet *καὶ γὰρ Ζεὺς — ἔδωκεν*. Et fortasse credideris, a Stobaeo ipso versum sic mutatum. Nec tamen videtur ita esse: nam Gaisfordii codice A, quamquam hic quoque *ἔδωκε* habet (falso Bergkius in Theognide adnotavit legi in eo *καὶ γάρ τοι — ἔοικε*) servatum est *καὶ γάρ τοι*, ita ut existimandum sit, librariis lectionis discrepantiam deberi, cum primum *ἔοικε* verbo in *ἔδωκε* corrupto ponerent tum pro *τοι* : *Ζεύς*, perdito sensui subventuri.

Stobaeo autem ipsi sine dubio tribuendum proximo versu (v. 526) pro *κακῷ* positum *σοφῷ*. Videtur enim aut versus sententiam parum intellexisse, notum fortasse non habens, quemadmodum *κακοί* et *ἀγαθοί* verba in carminibus Theognidis sint accipienda, aut si intellexit, a florilegii sui indole ac ratione alienum eum existimasse, itaque scripsit pro *κακῷ* : *σοφῷ*, sententia per se non inepta et a philosophis nonnullis defensa, cum praecedenti versu minime conveniens, quoniam sapientes et boni recte inter se opponi non possunt.

In eodem versu pro *σύμφορος* codd. Theogn. Stobaeus *σύμφορον*. +.

v. 527—528. 116, 11. v. 528. In Theognide Mutinensis *ἀπονισομένης*. O legi non potest, sed fortasse praebuit *ἀπονισσομένης*, quod exhibet K, qui liber ex O descriptus est, ceteri *ἀπανισταμένης*, aperte corruptum. Stobaeus ut K *ἀπονισσομένης*. Bergkius et Zieglerus receperunt lectionem Mutinensis, Bekkerus et Sitzlerus codicis K. Et hic quidem (vel O) rectum praebere videtur. Nam cum dixerit poeta: *τοῦ μὲν* (scl. *γήραος*) *ἐπερχομένου*, apparet iuventutem non abituram esse, sed coepisse iam abire, qui sensus aliter ac praesenti *ἀπονισσομένης* exprimi non potest. Aoristus etiam, *ἀπονισσαμένης*, qui invenitur in anthologia Palatina (IX, 118),

ubi exstat hoc distichon, falsus. Nec enim plane jam avolavit poetae iuventus. Cfr. etiam v. 1131—1132

Ἀλλ' ἥβην ἐρατὴν ὀλοφύρομαι, ἥ μ' ἐπιλείπει,
κλαίω δ' ἀργαλέον γῆρας ἐπερχόμενον,

ubi itidem utriusque verbi praesens exstat.

v. 535—536. 62, 36. Nulla maioris momenti discrepantia. (v. 535 Mutinensis solus recte ἰθεῖα, formam epicam et Ionicam, ceteri omnes et Stob. falso Atticam formam εὐθεῖα. v. 536. Stob. pro αἰεί falso ἀεί, quo de v. p. 15).

v. 585—590. 111, 16. v. 586 Stob. et omnes praeter A Theogn. libros ποῖ. A πῇ. Mutinensis lectio sola recta, quoniam πῇ apud Homerum usitatissimum, ποῖ a tragicis demum usurpatum est. Quod in lexicis legitur, formam ποῖ in Theognide primo exstare, deteriorum tantum codicum hoc uno loco lectione nititur eoque delendum est. Qua de causa hanc rem ad dialectum pertinentem attigi contra ea quae exposui p. 7.

v. 587 in Theognide εὐδοκιμεῖν πειρώμενος, Stob. εὐδοκιμῶν π. +. Constructio recta, sed quod duo participia, quorum unum ab altero pendet, concurrunt, offensionem habet. Quamobrem etiam in Stobaeo Gaisfordius scripsit εὐδοκιμεῖν.

v. 589 Theogn. omnes libri καλῶς ποιεῦντι, Stob. καλὸν ποιοῦντι. Utraque lectio sensui prorsus repugnat, quamobrem recte sine dubio iam Camerarius pro καλῶς posuit κακῶς. In eodem versu pro περὶ πάντα τίθησι, quae verba optime se habent in Theognide, Stob. καλὰ πάντα τίθησι, aperte deterius propter sequentia verba συντυχίην ἀγαθήν : causa mutationis praecedens verbum καλόν videtur fuisse.

v. 590 συντυχίην ἀγαθήν recte libri Theogn., in Stobaeo praeter Gesneri marginem, ubi recte σ. ἀγαθήν, omnes codd. συντυχίην ἀγαθῶν, quod sensu caret (cod. Vossii prorsus inepte σ. δ' ἀγαθῶν). Ibidem libri Theogn.

recte *ἔκλυσιν ἀφροσύνης* in Stobaeo omnes, iterum excepto Gesneri margine, *ἔκδυσιν ἀφρ.*, perperam. Nusquam enim invenitur *ἔκδυσις τινός* significatu „effugium ex aliqua re“, quem in modum hoc loco esset interpretandum. At *ἔκλυσις τινός* (*νοσημάτων*, *κακῶν* etc.) saepius occurrit. Cod. Vossii ante *ἔκδυσιν* quoque ponit *δ'*, inepte. Gesneri margo etiam hic recte *ἔκλυσιν*. Quae lectio confirmatur Solonis fragmento XIII, v. 70 ubi legitur

συντυχίην ἀγαθήν, ἔκλυσιν ἀφροσύνης.

Solonis enim sunt versus: ipse Stobaeus alio loco (9. 25) in maioris ambitus Attici poetae elegia eos tradit.[1] Quod ad Theognideae poeseos ingenium accommodatissimi videbantur, ex elegia illa deprompti et in Theognidea recepti sunt, non sine lectionis discrepantiis, quae partim eo ortae, quod ad verbum repetere Solonis versus non intererat epitomatoris (quod respondet secundae nostrae classi in locis laudatis mutationum), partim eo quod a ceterorum continuatione versus divellendi erant (par est primum quod nos statuimus genus). Hinc natum *πᾶσίν τοι* pro *πᾶσι δέ τοι* apud Solonem in initio v. 585. Cetera alteri generi adscribenda: v. 586 Theogn. *πῇ* Sol. *ᾗ*, ibid. Theogn. *πρήγματος*, Sol. *χρήματος* (eadem diversitas in v. 472, ubi in Theognide *πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον χρῆμ' ἀνιηρὸν ἔφυ*, at apud Aristot. Eth. Eud. II, 7 et Metaph. 4, 5 *πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιαρὸν ἔφυ*). v. 587 Theogn. *εὐδοκιμεῖν*, Solon *εὖ ἕρδειν*. v. 589 Theogn. *ποιεῦντι*, Sol. *ἕρδοντι* (sed hic quoque ineptum illud *καλῶς*, duo tantum codd. Schowii *κακῶς*, v. Gaisf. a. l.). ibid. Theogn. *τίθησιν*, Solon *δίδωσι* (non *δίδωσιν* quod exhibet Bergkius). —

v. 605—606. 18, 10. v. 606 libri Theogn. *πλείω* (A levi errore *πλέον*) *ἔχειν ἐθέλοι*, Stob. *πλεῖν' ἐθέλουσιν ἔχειν*. Nietzschius l. l. p. 188 egregiam dicit hanc Stobaei

1) at III, 16 sub lemmate *Θεόγνιδος*.

lectionem et recipiendam sine dubitatione in Theognidis textum, ita tamen ut pro πλεῦν' scribatur πλεῖν. At primum quidem quo iure vir doctus πλεῖν formam mere Atticam Theognidi obtrudat non video. Stobaei praeclaram, ut credit, lectionem si ut elegorum textui insereret voluit edolare, pro inepto neutrius plurali πλεῦν' melius scripsisset πλεῦν, neutrius singularis formam Ionicam et Doricam. Sed omnino indigna prorsus est Nietzschii laude Stobensis lectio. Nam cum v. 605 dictum sit

πολλῷ τοι πλέονας λιμοῦ κόρος ὤλεσεν ἤδη,

quo in versu ἤδη vocabulo prohibemur, ne aoristum gnomicum existimemus ὤλεσεν, in proximo versu poscitur aperte verbi tempus praeteritum, quod recte praebent codd. Theogn.:

ἄνδρας, ὅσοι μοίρης πλεῖον ἔχειν ἔθελον.

Stobaei contra lectio adeo non melior est quam librorum Theogn., ut plane falsa sit existimanda et tribuenda compilatoris consuetudini scriptorum quae excerpebat verba veloci oculo percurrentis magis quam diligentur et accurate perlegentis. Secundae classi nostrae adscribo eo minore dubitatione, quod in praesentis pro imperfecto substitutionem minus diligens lector (ut docet Nietzschii exemplum) facillime potest incidere: simplicius dictum videtur et ad generale sententiae argumentum accommodatius. —

v. 607—610. 12, 17. v. 607 Stob. pro ἀρχῇ ἀρχή inepte: mendum librariis sine dubio tribuendum. v. 609 Stob. codd. A B et omnes deteriores libri Theognidei προσομαρτεῖ, falsum propter ἐξέλθῃ in v. 610, ceteri Stob. libri et Mutinensis recte προσομαρτῇ.

v. 617—618. 98, 55. v. 618 πολλῶν O (et E L deteriores libri) πολλῷ K ex coniectura, A et ceteri omnes πολλὸν. Stobaeus ut K praebet πολλῷ (B solus πολλῶν librarii errore). πολλῷ igitur omni caret certa auctoritate. In K, qui codex descriptus est ex O, debe-

tur librarii correctioni pro O libri corrupta lectione πολλῶν, Stobaeus aut iam invenit in libro, aut ipse posuit posteriori usui obsecutus, ex quo dativus cum comparativo coniungi solet. Sed et apud posteriores invenitur accusativus (v. exempla, quae congessit Krueger, Griech. Sprachl. I, 48, 15, A. 11) et Homerus ad comparativos et superlativos semper ponit accusativum (πολύ, πολλόν, ὀλίγον, τόσον, ὅσον): cfr. θ, 129

δίσκῳ δ' αὖ πάντων πολὺ φέρτατος ἦεν Ἐλατρεύς.
ξ, 17 . . . . *οἱ δ' ἄρσενες ἐκτὸς ἴαυον*
πολλὸν παυρότεροι.
θ, 187 . . . . . . *λάβε δίσκον*
μείζονα καὶ πάχετον, στιβαρώτερον οὐκ ὀλίγον περ.

Qua igitur causa commoti Bergkius et Zieglerus pravam lectionem πολλῷ in textum receperint nescio. Recte retinuerunt πολλὸν Bekkerus Schneidewinus Sitzlerus. —

v. 619—622, qui versus A O (K L M N) repetuntur post v. 1114. 97, 15. v. 619 Stobaeus quoque (ut consentaneum) πόλλ' ἐν ἀμ., post 1114 πολλὰ δ' ἀμ. Utra lectio praeferenda sit certo decidi non potest, quod de κυλίνδομαι verbi constructione parum constat. Tamen propter δέ particulam alterum locum hic melius praebere putaverim. v. 620 in Theognide ἄκρην γὰρ πενίην lectio corrupta, idem Stob.; post 1114 ἀρχὴν γὰρ πενίης. Neuter locus rectum praebet, sed compositis utriusque lectionibus vera lectio invenitur: est enim haec sine dubio, quod F. G. Schneidewin proposuit in Delectu, ἄκρης γὰρ πενίης. —

v. 625—626. 34, 13. Nulla discrepantia.

v. 627—628. 18, 11. v. 627 Stob. plerique codd. ἐχθρὸν pro αἰσχρὸν librariorum neglegentia.

In eodem versu νήφοσιν, quod in Theognide solus

Mutinensis recte praebet, Stob. libri A, Voss., Gesneri margo.

v. 629—630. 52, 12. Nulla discrepantia.

v. 635—636. 37, 17. v. 636 libri Theognidei omnes falso *οὐ νῦν*, Stob. recte *οἳ νῦν*. Sed quis est, quin in locis ad emendandum difficilioribus a scriptoribus versus afferentibus veri perspicuum vestigium servatum esse malit? In hunc quidem valet cum maxime quod in alios duos quibus vera lectio occurrit apud Stobaeum (v. p. 11 et p. 38): difficile est, coniciendo verum non invenire. — In eodem versu *ἐν* et *ὀλίγοι*, quae recte exhibet Stobaeus, etiam Mutinensi praebentur, ceteri prorsus perperam *μὲν* et *δ'ὀλίγοις*.

v. 637—638. 110, 11. v. 637 Theogn. codd. *ὁμοῖοι*, Stob. *ὁμοῖα* +. Utraque lectio ex Graecae linguae legibus recta, sed meliorem servaverunt libri Theogn. Nam cum *ἐλπίς* et *κίνδυνος* vocabula, ut v. 638 *οὗτοι γὰρ χαλεποὶ δαίμονες ἀμφότεροι* demonstratur, hoc loco quasi personarum vices praestent, minime dubium est, quin lectio *ὁμοῖοι* ei quam praebet Stobaeus *ὁμοῖα* praeferenda sit.

v. 639—640. 111, 15. v. 639 *εὑρεῖν* perperam libri Theognidei. Nec adiumentum loci corrupti emendandi affert Stobaeus, cum apud eum quoque exstet haec absurda lectio. Emperius, Ahrensius, Bergkius emendaverunt *εὖ ῥεῖν*, recte ut videtur.

v. 640 *οὐκ ἐπέγεντο τέλος* recte codd. Theogn., apud Stobaeum *οὐκ ἔπεσεν τὸ τέλος*, quae lectio deterrima, in qua ut Bergkius rectissime monet[1]) vel articulus offensionem habet quam maximam, ut taceam de *πίπτειν* vocabuli miro usu, utrum compilatoris an librariorum incuriae assignanda sit dubito. —

---

1) in Mus. Rhen. III, p. 403. Apte confert vir doctus Theogn. v. 164 *τέλος δ' ἔργμασιν οὐχ ἕπεται*, 136 *ἐς τέλος εἴτ' ἀγαθὸν γίγνεται εἴτε κακόν*, maximeque Solon fr. XIII, 58 *καὶ τοῖς οὐδὲν ἔπεστι τέλος*.

v. 647—648. 32, 1. v. 648 libri Theogn. recte *γαῖαν ἐπιστρέφεται*, Stob. neglegentissime *γαῖαν ἐπέσχεθ' ὁμῶς*, qua in lectione *ὁμῶς* vocabulum prorsus ineptum est. Librariorum socordiae mendum tribuendum esse ex eo sequitur, quod in Joannis Damasceni Parallelis sacris, quae ex integriore Stobaeanorum collectaneorum exemplo deprompta sunt quam quo hodie utimur (v. Gaisf. I, p. VIII.), recte legitur *ἐπιστρέφεται*. V. Gaisf. ad l. et IV, p. 69, Meinek. IV, p. 230. —

v. 649—652. 96, 14. v. 651 libri Theognidei *αἰσχρὰ δέ μ' οὐκ ἐθέλοντα βίῃ καὶ πολλὰ διδάσκεις*, at Stob. *κακὰ πολλὰ διδάσκεις*. Nec dubitavit Nietzschius l. l. Stobaei lectionem optimam indicare et dignissimam, quae in textum Theognideorum reciperetur; Hartungius quoque eam secutus est. Sed ego equidem primum iudico, librorum Theogn. lectionem recte se habere, tum, si in ea iure existimas te offendere, Stobaei neutiquam meliorem putari posse. Recte enim Zieglerus verba *βίῃ καὶ πολλά* interpretatus esse mihi videtur: „Mit Gewalt und in Menge", qua in interpretatione non dubito quin optimo iure possimus acquiescere. Contra Stobensis lectio hoc habet offensionis: eam si sequeris, *αἰσχρὰ* vocabulum, quod in librorum Theogn. lectione simul cum *καὶ πολλὰ* verbis referendum est ad *διδάσκεις*, coniungere debes cum *μ' οὐκ ἐθέλοντα* (nam *αἰσχρὰ κακὰ διδάσκεις* construi nullo modo potest): cum autem iam proximo versu (652) attributum ad *με* adiciatur, ferri mihi videtur non posse, vocabulum *με* duobus his attributis *αἰσχρὰ οὐκ ἐθέλοντα* et *πολλὰ μετ' ἀνθρώπων καὶ κάλ' ἐπιστάμενον* sine ulla coniunctione simul ornari. Contra in codicum Theogn. lectione *οὐκ ἐθέλοντα*, „invitum," solum per se optime ad aliud attributum, quod versu 652 continetur, potest accedere. Prava igitur habenda est Stobaei lectio tantopere laudata. Bergkius, qui in Mus. Rhen. p. 406 *κακὰ* cum Stobaeo scribendum

censuit propter sequentem versum (contrarium inde sequi vidimus). in editione tertia mutata sententia scripsit *βίῃ κατὰ πολλὰ διδάσκεις*, ita ut *κατά* praepositio tmesi separata putanda sit a verbo *διδάσκεις*. Ad sensum optima emendatio, sed nusquam occurrit verbum *καταδιδάσκειν*: *καταδιδάξας* legebatur olim apud Euseb. Praep. ev. p. 63 A in loco Clem. Alex. Verum apud hunc Protrept. 2. 13 hodie emendatius: *Ὁ μητρὸς θεῶν καταδείξας τὰ μυστήρια* (cfr. Steph. Thes.) Qua de causa reiciendam censeo Bergkii coniecturam. —

v. 653—654. 103, 12. Nulla discrepantia.

v. 665—666. 106, 9. v. 666 in Theogn. *καὶ κακὸς ὤν*, Stob. *τις κακὸς ὤν* +. in deterius mutatum, nam ad augendam sententiae vim poscitur *καί* „etiam". Causa mutationis fortasse *καί* proxime praecedens (*καὶ τιμῆς καὶ κακὸς ὤν*). —

V. 683—686. 92, 9. v. 686 libri Theogn. *εἴργει γὰρ τοὺς μέν*, Stob. *εἴργει τοὺς μὲν δή* +.

V. 693—694. 4, 45. v. 693 Stob. *ἀφραίνοντες* ut A O in Theognide, ceteri *ἀφρονέοντες*. v. 694 pro *μέτρον* Stob. prorsus absurde *καῖρον*, quod nescio an librariis tribuendum sit.

v. 695—696. 19, 11. v. 696 pro *οὔτι* Stob. *οὐχὶ*. +.

v. 699—703. 91, 2. v. 699 pro *πλήθει δ' ἀνθρώπων* Stob. *πᾶσιν δ' ἀνθρώποις* +. v. 701 *ἔχοι* itidemque 702 *εἰδείη* inepte pro *ἔχοις* et *εἰδείης*, quod recte praebent codd. Theogn., librariis fortasse tribuendum. v. 702 Stob. ut A in Theognide *Σισύφου Αἰολίδεω*, ceteri minus bene *Αἰολίδου Σισύφου*.

v. 717—718. 91, 10. v. 717 Stob. alia verborum collocatione *χρὴ ταύτην γνώμην πάντας* +.

v. 719—728. 97, 7 sub nomine Theognidis. Sed Solonis sunt, quod docet Plutarchus, qui affert eos in vita Solonis, c. 2. cfr. Bergk. Sol. fr. 24. v. 719 pro *ὅτῳ*, quod est in Solone et Theognide, Stob. *ὅσοις* +, lectio

deterior propter verba καί ᾧ τὰ δέοντα v. 721. Causa mutationis verbum πλουτοῦσιν. v. 721 pro τὰ δέοντα in Theognide, μόνα ταῦτα apud Solonem, Stob. τάδε πάντα, sed Gesneri margo idem quod Theogn. libri. Quarum lectionum quae genuina censenda sit nescio an certe non possit decerni. — Ad. vv. 723. 724 difficillimos sanandos Stobaeus nihil affert, cum omnibus fere partibus congruat cum cod. Mutinensis lectione, nisi quod pro τῶν v. 723 praebet τῶνδ', quod nullius momenti est, et v. 724 pro ἁρμοδίη codd. A B exhibent ἁρμονίη, quod verbum Plutarchi quoque libri in loco Solonis praebent. Videntur vv. 723. 724 in sylloge Theognidea, in quam inrepserunt, melius servati esse quam apud Plutarchum. Nam qua forma apud hunc versus exstant:

. . . καὶ ᾧ μόνα ταῦτα πάρεστιν
γαστρί τε καὶ πλευρῇς (certa Bergkii emendatio pro πλευρῇ) καὶ ποσὶν ἁβρὰ παθεῖν.
παιδός τ' ἠδὲ γυναικός, ἐπὴν καὶ ταῦτ' ἀφίκηται
ἥβης, σὺν δ' ὥρῃ γίνεται ἁρμονία

etiamsi legas cum Bergkio pro ἁρμονία ἁρμόδια, recte intelligi mihi videntur non posse. Ab hac versuum forma Theogn. codicum lectio ea re maxime differt, quod ἥβη et ὥρη vocabula sedes mutaverunt, quae mutatio ad sensum optime se habere vel potius necessaria mihi videtur esse. Nam ita demum v. 724 posterior pars σὺν — ἁρμοδία sanam interpretationem admittit. Sed enuntiatum temporale post γυναικὸς in Theognide quoque sine dubio corruptum: ὅταν δέ κε τῶν ἀφίκηται. Nam primum ὅταν κε offensionem habet, tum hac lectione accepta interpungendum est post γυναικός et genetivi παιδός et γυναικός coniungendi cum ἁβρὰ παθεῖν, quod recte fieri videtur non posse. Nam quod Bergkius et Sitzlerus, ut hanc constructionem defendant, nituntur in verbo εὖ πάσχειν in Theognide (v. 1009) et apud Pindarum Nem. 1,32 cum genetivo coniuncto, primum quod valet in εὖ

πάσχειν non continuo pertinet ad ἁβρὰ πάσχειν, tum dativis γαστρί, πλευραῖς, ποσί antea ex ἁβρὰ παθεῖν vocabulo pendentibus prorsus prohiberi mihi videtur, ne statim cum eadem locutione alio significatu coniungatur genetivus. Minime igitur mihi quidem dubium est, quin genetivi παιδός et γυναικός referendi sint ad ὥρη. Qua re cogimur quod interiectum est enuntiatum ὅταν δέ κε τῶν ἀφίκηται corruptum existimare emendareque. Nec ex omnium quae propositae sunt emendationum maximo numero (v. Bergk. ad Sol.) ulla melior videtur quam Heimsoethii (l. l. I, p. 8. 9.) ὅταν κἀνταῦθ᾽ ἀφίκηται, „cum eo etiam aetatis progressus sit", ita ut totius loci sententia in hunc modum sit explicanda: Pariter divites sunt, cui auri argentique vis est et cui necessaria tantum adsunt, ventre lateribus pedibus bene se habere, et si eo quoque aetatis progressus est, flos pueri feminaeque, et accedit apta iuventa. Hoc modo loci difficultates optime censeo esse sublatas. Hoc quidem, quod ad rem est, certe vidimus, Stobaeum nihil in eo afferre utilitatis.

v. 726 pro εἰς Ἀΐδεω, quod recte praebent in Theognide A O, Stobaeus cum deteriorum codd. turba εἰς Ἀΐδην, quae coniunctio a Graecorum usu aliena est. —

v. 865—868. 106, 10. v. 866 pro οὔτ᾽ αὐτῷ cod. A Stob. οὐδ᾽ αὑτῷ +. αὑτῷ, quod etiam in Theognide codd. deteriores praebent, prorsus absurdum est. In eodem versu verba οὐδὲν ἐών a compluribus in dubium vocata sunt (Geel. οὐτιδανῷ, Bergk. οὐδ᾽ ὁτιοῦν vel οὔτε πόλει, M. Schmidt ἀδρανέων): credo iniuria. Hoc certe non dubium, quin, si corrupta sunt, ex Stobaeo nihil capi possit fructus: nam hic quoque οὐδὲν ἐών. — v. 867 pro οὔτε Stob. οὐδὲ +.

v. 947—948. 39, 15. v. 948 pro τρέψας in Stob. πρέψας, quod neque construi potest nec ad sensum aptum est, librariorum sine dubio culpa. —

v. 963—968. 3, 28. v. 963 pro *ἐπαινήσῃς* optimorum codd. Theogn. Stobaeus *ἐπαινέσῃς* +, contra Homeri et Theognidis usum (cfr. v. 756. 1080. 611. 969. 93. 876). Ibid. pro *εἰδῇς ἴδῃς* contra metri rationem. Tum pro *ἄνδρα σαφηνῶς* plerique Stobaei libri prorsus inepte *ἀνδρὸς ἀφανέος*, B solus satis recte *ἄνδρα ἀφανέος*. — v. 964 pro *ῥυθμὸν* Stob. *θυμὸν* +, pro *ὅστις ἂν ᾖ*: *ὅντιν' ἔχει* +. —

v. 1029—1034. 124, 9 .v. 1032 *ἔχθει* corruptum in Theognide. Nec medicamen affert Stobaeus, apud quem et pro *ἔχθει* ineptissime exstat *αἴχει* et sequentia quoque verba corruptelam traxere, cum pro *μηδ' ἄχθου*, quod recte est in Theognide, prorsus absurde praebeat *μὴ δ' ἄαχθα*. Recte fortasse pro *ἔχθει* Emperius, quem Bergkius secutus est, scripsit *ὄχθει*. — v. 1034 pro *οὐκ ἂν*, quod recte est in Theognide, Stob. pessime *ἃ οὐ*, quam lectionem iam Grotius commutavit cum codd. Theognideorum. —

v. 1061—1062. 97, 9. Nulla discrepantia.

v. 1129—1132. 116, 11. v. 1129 in Theognide:

ἐμπίομαι πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνων.

ἐμπίομαι A, O (et K) *ἔλπιομαι*, ceteri ex prava coniectura *εὖ πίομαι*; *μελεδαίνων* A, ceteri *μελεδαίνω*: falso Bergkius *μελεδαίνω* A, ceteris *μελεδαίνων* tribuit.

μελεδαίνω etiam in Stobaeo:

οὔτι γε μὴν πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω.

οὐ, quod necessarium ad hexametri pedes explendos, addidit Grotius. Discrepantiae qualis natura sit manifestum: *ἐμπίομαι* verbo apud poetam ipsum aptissimo sententias qui collegit uti non potuit, cum a generalis sententiae indole prorsus abhorreat. Substituit igitur *οὔτι γε μὴν* lectionem pessimam („nichtswürdig" eam vocat optimo iure Bergkius in Mus. Rhen. p. 100) ita ut etiam *μελεδαίνω* scribere cogeretur. Cfr. etiam exempla Euripidea p. 11. Quae mutationis causa quamvis

in aperto prorsus esse videatur, tamen excepto Nietzschio[1]) a nullo cognita est. Welckerus Stobaei lectionem pravissimam in textum recepit et in praefatione p. XCIX, ubi agit de carminibus convivalibus, v. 1129 (613 apud Welcker.) in Theognide ‚scoliorum usui levi' adaptatum esse dicit, posito tantum in fronte *εἰ πίομαι* sive *ἐμπίομαι*! Nec Bergkius in Mus. Rhen. p. 400 verum invenit, cum Stobaeum hic iudicaret versus initium, quod etiam in K libro corruptum esset, legi non potuisse et propterea *οὔτε γε μὴν* illud posuisse. M. Schmidt l. l. p. 190, et minime perspectis natura atque indole cum locorum laudatorum tum Stobaei compilationis, et Bergkii simul de *μελεδαίνω* lectione errore pellectus, utramque lectionem, et cod. A et Stobaei infelicissime conglutinavit, cum scribendum proponeret:

ἔμπα γε μὴν πενίης θυμοφθόρου οὐ μελεδαίνω. —

v. 1135. 100, 12, in Theognide *ἀνθρώποισι μόνη*, Stob. *ἀνθρώποις μούνη*. Non dubito quin recte Bergkius Stobaei lectionem receperit, quod et apud Homerum sola forma *μοῦνος* legitur, non *μόνος*, itidemque apud Theognidem, cfr. v. 130. 222. 696. 772. Attamen nec ad faciendam hanc mutationem opus est ad Stobaeum recurrere nec eo quod apud hunc exstat lectio ullo modo veram eam esse demonstratur: hoc enim ex iis quae hucusque disputavimus inter omnes constabit, lectiones Stobenses coniecturarum tantum pretium habere, maiore auctoritate non praeditas.

v. 1153—1156. 103, 14. Nulla discrepantia.

v. 1157—1160. 91, 26. vv. 1157. 1158 a Stobaeo solo servati sunt, in codicibus nostris omittuntur. Primus in textum eos recepit aut Vinetus (cuius editio

1) l. l. p. 187: „. . . wem verdankte Stobaeus diese Lesart? Sich selbst, nicht seinem Theogniscodex. Das *ἐμπίομαι* unserer Handschriften erschien ihm unmoralisch und unnütz, den Hauptgedanken störend."

prodiit 1543), quod dicit Welckerus, aut Turnebus (qui 1553 edidit Theognidem), quod adnotat Bekkerus.

v. 1160 pro *θυμὸν — τελέσαι*, quod est in Theognide, Stob. 9. — *κορέσαι*, vel v. 1158 fine *ὑπερκορέσαις* perductus, vel quod verbi *τελέσαι* vim non intellegebat. *τελεῖν* hic itidem usurpatum est ut in *νόον τελεῖν*, „morem alicui gerere" Hom. *Ψ*, 149, in *τελέσαι κότον, χόλον*, „iram satiare", *Α*, 82. *Δ*, 178. Perperam igitur fecit Hartungius, quod *κορέσαι* pro *τελέσαι* in textum recepit. —

v. 1161—1162. v. ad vv. 409—410 (p. 24 sqq).

v. 1163—1164. 3, 19. Locus in Theognide miserrime corruptus. Legitur hic:

Ὀφθαλμοὶ καὶ γλῶσσα καὶ οὔατα καὶ νόος ἀνδρῶν
ἐν μέσσῳ στηθέων ἐν συνετοῖς φύεται.

‚oculi et lingua et aures et mens virorum in medio pectore est in sapientibus (vel prudentibus)'. Primum *ἐν* in pentametro bis positum offensionem habet; deinde tolerari non potest, quod dictum est mentem ‚virorum' prudentibus in pectore esse: *ἀνδρῶν* additamentum ineptissimum. Denique loci sententia quae sit me quidem omnino non intellegere fateor: oculos aures linguam menti, *νόῳ*, opponi scio (v. e. g. v. 365. 760. 1183), sed omnia quattuor quo iure ita coniungantur et in medio pectore prudentibus posita dicantur non assequor. Locus corruptus. Quinam igitur fructus percipi potest ex Stobaeo? Apud hunc legitur:

Ὀφθαλμοὶ καὶ γλῶσσα καὶ οὔατα καὶ νόος ἀνδρὸς
ἐν μέσσῳ στηθέων εὐξύνετος φύεται.

Ne haec quidem intelligi possunt. Grotius (Gaisf. IV. p. 12) vertit:

Illi lingua sapit, oculi quoque, nec minus aures
Quaeque sita in medio est pectore mens animi.

Quae mera ineptia est: nec tamen locus aliter verti potest. Ita igitur nihil proficimus. Sed aliam viam ingressi sunt nonnulli (Hartungius, Bergkius, Sitzlerus):

loco nisi pro ἐν συνετοῖς coniecerunt εὐξυνέτοις. Qua vero lectione sola ἐν praepositionis molesta repetitio tollitur, cetera manent omnia. Nec εὐξύνετος apud Stob. ex εὐξυνέτοις corruptum est, quod existimandum, illam rationem si sequeris; quod demonstratur in hexametro singulari ἀνδρός pro ἀνδρῶν posito: vel ἀνδρῶν cum ineptum sit propter ἐν συνετοῖς vel εὐξυνέτοις, singulari ἀνδρός accepto locus penitus corrumpitur, iusta constructio tollitur. Ipsum εὐξύνετος prava coniectura videtur. Nihil igitur adiumenti affert ad sententiam sanandam Stobaei locus ipse corruptissimus sive compilatoris culpa sive librariorum. Et vix spero fore ut aliquando locus miserrime foedatus in integrum restituatur: ex maioris ambitus carmine cum detraheretur, tam male mulcatus videtur esse, ut veri ne vestigium quidem remanserit. Ex virorum doctorum numero corruptio quanta esset satis clare nemo videtur sensisse. —

Omnes iam locos qui apud Stobaeum occurrunt Theognideos contulimus. Quos si cursim perlustramus, admirationem movet permagnus discrepantiarum numerus. Vix huic et illi loco discrepantiam non esse potuit adscribi. Sed quattuor tantum tanta in multitudine locis lectionem Stobensem praeferendam esse vidimus: v. 157 ἄλλως pro ἄλλῳ, v. 457 σύμφορόν ἐστι pro σύμφορον ἔνεστι, σύμφερόν ἐστι codicum Theogn., v. 636 οὐ pro οὐ, v. 1135 ἀνθρώποις μούνη pro ἀνθρώποισι μόνη. Quae tamen omnia in censum non veniunt, cum facilior eorum sit emendatio quam ut ad Stobaeum confugere opus sit. Ceterae omnes varietates revocandae qua ad tria nostra mutationum genera, quae tam frequenter apud eum occurrunt, ut omnis lectionibus deroganda auctoritas sit, qua ad librariorum in Stobaeo maximam socordiam. Locis vere difficilibus ope eius deserimur, ut v. 620. 639. 723. 724. 1032. 1163. 1164. Contra persaepe Stobenses lectiones tantopere mendosae sunt, ut codicum

Theogn. auxilio negato sana forma vix iis reddi possit. Cfr. v. 183. 226. 501. 640. 648. 694.

De Stobaeo igitur disquisitionis nostrae eventus hic est, nihil prorsus utilitatis eum ad Theognidem afferre. —

Ad reliquos ergo scriptores iam transeamus, ex temporum ordine ut supra diximus tractandos.

Antiquissimus eorum Plato est, apud quem hi loci leguntur:

v. 33—36. Meno 95 D. v. 33 Theogn. codd.

καὶ μετὰ τοῖσιν πῖνε καὶ ἔσθιε καὶ μετὰ τοῖσιν.

Plato *καὶ παρὰ τ.* — *καὶ μετὰ τ.* +.

Bergkius Platonis lectionem recepit, iniuria: nam utra lectio melior sit decerni nullo modo potest et mutatio tali in loco maxime in promptu est: quod demonstratur Musonii loco apud Stob. 56, 18, ubi legitur

καὶ μετὰ τῶν σέ γε πῖνε καὶ ἔσθιε καὶ μετὰ τοῖσιν.

Tutius igitur librorum Theogn. auctoritatem sequi. Brunckius Bekkerus Schneidewinus Zieglerus *καὶ μετὰ τ.* — *καὶ παρὰ τ.*, gratuito.

v. 35 codd. Theogn. *μαθήσεαι*, Plato *διδάξεαι*. Ceteri scriptores qui locum laudant (a plurimis, ut natura fert, usurpatus est) partim consentiunt cum libris Theogn. (Musonius, Clemens Alexandrinus, Crameri Anecd.), partim ut Plato exhibent *διδάξεαι* (Xenophon duobus locis, Schol. Aphthonii, Iriarte). Tam facile fieri potuit haec mutatio, ut mirum potius esset, si omnes *μαθήσεαι* praeberent. Plato maxime et Xenophon facillime in eam potuerunt incidere, quod, ut optime monet Leutschius (Philol. XXX, p. 216), notio illa Socratica *ἀρετὴν διδάσκειν* horum philosophorum in mente memoria ore penitus inhaesit. Abest igitur ab omni ratione critica, quod Schmidtius[1] (idem fecit vir doctus in v. 1129 ap. Stobaeum

1) l. l. p. 184.

exstanti, v. p. 52) utramque lectionem commiscere conatus est, scribens *δαήσεαι*. Nec Bergkius ex Aristotele recte conclusit, fortasse scribendum esse *ἐσθλ' ἀπομάξεαι*, quo de infra disseram in locis Aristotelicis.

v. 36. Theogn. cod. O, Plato, omnes ceteri fere qui locum allegant *συμμιγῇς* (vel *συμμιγῆς*), contra metri rationem. Rectum praebet Mutinensis, in accentu solo falsus, *συμμισγῇς*. Rectum etiam in altero Xenophontis loco unus codex, qua de re v. infra p. 58. *συμμίσγῃς* esse veram lectionem, non *συμμιχθῇς*, quod Theogn. libri deteriores exhibent, ostendit Theogn. v. 1165 *Τοῖς ἀγαθοῖς σύμμισγε* et Homeri usus.

v. 77—78. De leg. I, 630 A. Nulla discrepantia.

v. 435—438. Men. 95 E. nulla discrepantia. Quo loco Bergkius mirum in modum utitur. Adnotat enim: „v. 435—438 vulgo separant a praecedentibus, sed pertinere ad eandem elegiam, quamquam graviter immutata, docet Plato Menone p. 95 E: *ἐν ἄλλοις δέ γε ὀλίγον μεταβάς, εἰ δ' ἦν ποιητόν τε (φησίν) καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα. λέγει πως ὅτι πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον οἱ δυνάμενοι τοῦτο ποιεῖν καὶ οὔποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ . . . . . ἄνδρ' ἀγαθόν*. Itaque scripserat poeta:

οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεὸς
ἰᾶσθαι κακότητα καὶ ἀτηρὰς φρένας ἀνδρῶν.
— — — — — — — — — — —
εἰ δ' ἦν ποιητόν τε καὶ ἔνθετον ἀνδρὶ νόημα,
πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους ἔφερον
— — — — — — — — — —
κοὔποτ' ἂν ἐξ ἀγαθοῦ κτλ.

quod firmat Aristotel. (Eth. Nic. X, 9: *εἰ μὲν οὖν ἦσαν οἱ λόγοι αὐτάρκεις πρὸς τὸ ποιῆσαι ἐπιεικεῖς, πολλοὺς ἂν μισθοὺς καὶ μεγάλους δικαίως ἔφερον κατὰ τὸν Θέογνιν, καὶ ἔδει ἂν τούτους πορίσασθαι*. Cfr. Mus. Rhen. T. III, p. 409.“ Hoc Musei Rhenani quem affert loco

tres etiam locos ut sententiam suam firmet addit, quibusrem putat extra omnem dubitationem positam: in Plutarchi quaestionibus Platonicis (1,3): *οὐ γὰρ μικρὸν ἦν ὄφελος, ἀλλὰ μέγιστον, ὁ τοῦ μεγίστου τῶν κακῶν, ἀπατῶν καὶ κενοφροσύνης, ἀπαλλάττων λόγος· Οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός*: apud Athenaeum (6, 256 c): — — *τινὲς* — — *ἐν ἰατρείοις τὴν ἄγνοιαν οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γε νομίζω δεδόσθαι*; apud Dionem Chrysostomum (I, p. 2 ed. Reisk.): *οὐ γὰρ οὖν, ὥς φησιν ὁ ποιητής Οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός.* Tantum vero abest, ut a Bergkio quod intendit demonstratum esse mihi persuasum sit, ut vir doctus locorum laudatorum naturam atque indolem parum intellexisse mihi videatur. Nam antiqui scriptores cum Theognidis illo loco ex memoria sine dubio usi sint, quid magis consentaneum, quam duas similis argumenti sententias, ut v. 429—434 et v. 435—438 ab iis mixtas esse atque confusas? Ita mihi videtur sentiendum esse de Platonis atque Aristotelis locis illis. Iam locorum apud Plutarchum Athenaeum Dionem exstantium, quos adhibuit Bergkius, ad confirmandam viri egregii sententiam vis est ne minima quidem. Luce enim clarius est ad secundum nostrum mutationum genus revocandos eos esse, pares omni ex parte nostro „Man merkt die Absicht" e. q. s. Nam sententia *Εἰ δ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεὸς ἰᾶσθαι κακότητα κτλ.* ut afferretur quasi ipsa monens disertissimo ore, cum longior esset quam ut commode laudaretur, ita mutabatur, ut pro enuntiato hypothetico, quippe cuius vis negativa esset, simplex poneretur enuntiatum negativum, quod hoc loco ut facillime fieret casu quodam accidit opportuno, cum *εἰ* tantum in *οὐ* esset mutandum. Quae cum ita sint, nemo iam opinor stupebit consensum, quo apud tres diversorum temporum scriptores illa versus forma legitur quique primo adspectu valde videtur mirus. Apud trecentos, non apud tres ea occurreret: in sententia perstare

non dubitarem. Et similiter atque ego iudicavit Heimsoethius l. l. III, p. 12. 13.

Transeamus ad Xenophontem, qui his locis usus est:

v. 35—36 bis, Memorab. I, 2, 20 et Conviv. 2, 5. Prior locus exscriptus a Stobaeo 29, 95, versibus non variatis. v. 35 utroque loco pro *μαθήσεαι διδάξεαι*, v. supra p. 55. — v. 36 utroque loco *συμμιγῇς*. Unus solus Memorabilium codex. Parisinus 1302 recte *συμμίσγῃς*. V. supra p. 56.

v. 183—190 apud Stobaeum, 88, 14. V. p. 15 sqq.

Sequitur Aristoteles.

v. 14 Eth. Eud. VII, 10. Nulla maioris momenti discrepantia.

v. 35 Eth. Nicom. IX, 12. *ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν (φιλία) ἐπιεικής, συναυξανομένη ταῖς ὁμιλίαις· δοκοῦσι δὲ καὶ βελτίους γίνεσθαι ἐνεργοῦντες καὶ διορθοῦντες ἀλλήλους· ἀπομάττονται γὰρ παρ' ἀλλήλων οἷς ἀρέσκονται, ὅθεν*

Ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἀπ' ἐσθλά.

Hoc ex loco Bergkius effecit (v. supra) in Theognide pro *μαθήσεαι* legendum esse *ἀπομάξεαι*. Perperam: nam primum verbum *ἀπομάττεσθαι* hac significatione a recentioribus demum usurpatur (ut ab Aristophane in Ranis v. 1039 Bergk. *ὅθεν ἡμὴ φρὴν ἀπομαξαμένη πολλὰς ἀρετὰς ἐποίησεν*), nusquam exstat apud antiquiores; nec aptum vocabulum ad elegiaci sermonis gravitatem; tum ex eo, quod Aristoteles ipse verbo *ἀπομάττεσθαι* utitur, certe sequitur, ut loco laudato non idem legerit. Maxime igitur miror, quod Heimsoethius l. l. III, p. 18 Bergkii coniecturam vocavit egregiam. —

v. 125—126. Eth. Eud. VII, 2. v. 125 Aristotel. *οὐ γὰρ ἂν εἰδείης*, Theogn. codd. A O *οὐδὲ γὰρ εἰδείης*. Editores omnes qua causa adducti Aristotelem sint secuti, parum intellego. Nam optativus sine *ἂν* iis locis, ubi optativus cum *ἂν* usitatus est, et ab Homero saepe,

ab Hesiodo nonnunquam[1]), et a Theognide usurpatur v. 83 *τόσσους δ' οὐχ εὕροις* (ex cod. A levi emendatione).

In eodem versu in Theognide *οὔτε γυναικός*. Aristot. *οὐδὲ γ.* +. *οὔτε* recte servavit Zieglerus, Bekkerus et Bergkius Aristotelem secuti sunt.

v. 147—148. Eth. Eud. V, 3. Nulla gravior discrepantia.

v. 177 (prior pars usque ad verbum *δεδμημένος*) Eth. Eud. III, 1. *πᾶς γὰρ* pro *καὶ γάρ*. V. p. 14.

v. 255—256. Eth. Nic. I, 9 et Eth. Eud. I, 1. Locum tractavi p. 20 sqq.

v. 434 Eth. Nicom. X, 9. V. supra p. 56 sqq.

v. 472 Eth. Eud. II, 7 et Metaph. IV, 5. *πρᾶγμ'* pro *χρῆμ'* utroque loco +. Cfr. p. 43. Versus ab Aristotele Eueno tribuitur, qua de re v. Bergkii adnotationem.

v. 509—510 in Aristotelis problematis ‚nuper editis' exstare adnotat Bergkius. Sitzlerus quam callide fecisset in praefatione p. 3 commemoravi. Nova illa Aristotelis problemata dixit Bergkius reperta ab Iriarte[2]) et a Morellio[3]), primum edita a Bussemakero in Aristotelis editione Didotiana[4]). Tum apparatu plenissimo edita sunt ab Hermanno Usener in libello Gymnasii Berolini Joachimici a. 1859, sub falso titulo „Alexandri Aphrodisiensis quae feruntur problematorum liber III et IV"[5]). Hic igitur leguntur p. 6 (lib. III, probl. 17; Bussem. sect. I, probl. 17) vv. 509—510 his discrepantiis: v. 509. *Οἶνος πινόμενος. κακός.* v. 510 *οὐ κακὸς ἀλλ' ἀγαθός.* Locum tractavi p. 40.

Teles[6]), apud Stob. 97, 31.

---

1) Cfr. Krüger, Griech. Sprachlehre II, 51, 3, A. 9.
2) Catalog. codd. Matrit. p. 321 sqq.
3) Biblioth. manuscr. p. 144.
4) vol. IV, fasc. 1, p. 291—332.
5) V. Valent Rose, Aristoteles pseudepigraphus p. 215 sqq.
6) De tempore Teletis v. Zeller, Philos. d. Griech. IV, p. 39.

v. 109 usque ad verbum *νόον*. nulla discrepantia.

Philo.

v. 535—536. II, 469 ed. Mangey. v. 535 *εὐθεῖα*. v. p. 42.

Musonius Rufus, ap. Stob. 56, 18.

v. 33—36. v. 33 *καὶ μετὰ τῶν σύ γε π.* — *καὶ μετὰ τοῖσιν*. V. supra p. 55. — v. 36 *συμμιγῆς*, v. p. 56.

Plutarchus.

v. 175—176. De communibus notitiis adversus Stoicos 22. v. 175 *χρὴ πενίην* Plut. Tractavi quaestionem p. 12 sqq. In eodem versu Plut. *μεγακήτεα*. V. p. 13.

Versus 175 prior pars et parodia in vv. 175. 176 exstat in libro De Stoicorum repugnantiis 14: *ποτὲ δὲ (Χρύσιππος) τὸν Θέογνιν ἐπανορθούμενος οὐκ ἔδει, φησίν, εἰπεῖν Χρὴ πενίην φεύγοντα, μᾶλλον δὲ*

Χρὴ κακίαν φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον
ῥιπτεῖν κτλ.«

Cfr. p. 13.

v. 177—178. De poetis audiendis 4. v. 177 Plut. *πᾶς γὰρ* pro *καὶ γὰρ*, v. p. 14. —

v. 215—216. De amicorum multitudine 9, De sollertia animalium 27, Quaestiones naturalis 19.

v. 215 pro *πουλύπου ὀργὴν* quod legitur in Theognide, Plut. omnibus tribus locis *πουλύποδος νόον* +. Causa mutationis *πουλύπου* genetivus insolitus. In eodem versu pro *πολυπλόκου* primo loco *πολύφρονος*, duobus aliis *πολυχρόου* +. Hartungius poetice et ingeniose dicto quotidianum praeferens atque ieiunum, pro *πολυπλόκου πολυχρόου* in textum recepit.

v. 216. Theognidis libri *τῇ προσομιλήσει* levi errore, corrigendum *προσομιλήσῃ*, Plut. priore utroque loco *τῇπερ ὁμιλήσῃ* +, at in Quaest. nat. recte *τῇ προσομιλήσῃ*. —

v. 132. Quaest Plat. I, 3. οὐ γὰρ μικρὸν ἦν ὄφελος κτλ. V. p. 57. —

v. 472. Non posse suaviter vivi secundum Epicurum 21. πρᾶγμ' pro χρῆμ' ut Aristoteles, v. p. 59. Plutarchus quoque auctorem Euenum nominat, cfr. ibid. —

v. 719—724. Vit. Solon. 2. Locum tractavi p. 48 sqq. —

Dio Chrysostomus.

v. 432 I, p. 2 ed. Reisk. οὐ γὰρ οὖν, ὥς φησιν ὁ ποιητὴς κτλ. V. supra p. 57.

Aelius Dionysius.

v. 621 in Aldi Manutii Cornu Copiae I, 4 (in Aelii libro περὶ ἀκλίτων ῥημάτων). A. 1877 nova prodiit Aelii libri editio Traiecti ad Rhenum, a Schwartzio curata. Attamen nec est in Regiomontana bibliotheca regia hic libellus nec potuit comparari, cum omnia iam eius exemplaria divendita essent. Itaque cum illud etiam volumen in bibliotheca deesset, ipsum locum non inspexi. Sed exscripsit eum Scheidewinus in Delectu, cui confidere licebit: *Τὸ ἄνω σύνθετον· Πᾶς τις πλούσιον ἄνδρα τιᾷ ἀτιμᾷ δὲ πενιχρόν.* Corruptelis igitur laborat. At in Theognide recte *τίει — πενιχρόν.* —

Diogenianus.

v. 153. Prov. 8, 22 (in Schneidewin. et Leutsch. paroemiogr. vol. I): *Τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ἀνδρὶ παρείῃ· ἐπὶ τῶν ταῖς εὐτυχίαις ἐπαιρομένων.* In Theognide versus hic est:

> *Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται*
> *ἀνθρώπῳ κτλ.*

Clemens autem Alexandrinus simillimum versum Soloni tribuit (Strom. VI, p. 740): *Σόλωνος δὲ ποιήσαντος· τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται, ἄντικρυς ὁ Θέογνις γράφει· τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται.* Praeterea versus Theognideus in scholio ad Pind. Ol. XIII, 12 affertur ut Homericus. Unde Berg-

kius (v. viri docti adnotationem ad l.) coniecit, poetae epici versum fortasse esse utroque elegiographo antiquioris, qui ea forma eum usurpasset, qua inveniretur apud Drogenianum. Quod non probandum mihi videtur. Proverbium sine dubio prosa oratione, non versu conceptum secuti sunt et Solon et Theognis non sine aliqua sententiae varietate. Et tum quidem versus rursus abiit in proverbium, aliquantulum ut fere fit mutatus, fidelius tamen servata forma Theognidea. —

v. 425. 427. 3, 4. V. in universum quae disserui p. 36. sqq. v. 425. *ἀρχὴν* pro *πάντων*, v. p. 32 sqq. v. 427. *δ' ὅμως* pro *δ' ὅλως*, inepte. Schneidewinus ex Theognide posuit *δ' ὅλως*. *δ' ὅμως* Apostolius quoque habet, v. infra. —

v. 625. 2, 90. Nulla discrepantia.

Artemidorus.

v. 177—178. Oneirocr. I, 32. v. 177 *πᾶς γὰς* pro *καὶ γάρ*. V. p. 14. In eodem versu *δεδμήμενος*, quod recte est in Theognide, Artemidori cod. B exhibet et Reiftius recepit : antea cum cod. A legebatur *μελεδήμενος*. — v. 178 *οὔθ' ἔρξαι* in Theogn., *οὐδ' ἔρξαι* Artemid. +, prave. —

v. 509—510. I, 66. v. 509 *κακὸς*. v. 510 *κακὸς-ἀγαθός*. V. p. 40. —

Hermogenes.

v. 175—176. Progymn. 4 (Spengel. Rhett. Gr. vol. II). v. 175 *χρὴ πενίην. μεγακήτεα*. V. p. 12 sqq. —

Lucianus.

v. 177 usque ad verbum *δεδμήμενος*, De mercede cond. c. 5. *Πᾶς γὰρ* pro *καὶ γάρ*. V. p. 14.

Praeterea cfr. tres locos, quibus respicit ad v. 175—176, exscriptos a Bergkio in adnotatione. V. p. 13. —

Galenus.

v. 509—510. I p. 345 ed. Basil., Kühn. IV. p. 778. v. 509 *κακόν*. v. 510 *κακὸν — ἀγαθόν*. V. p. 40. —

Harpocration.

v. 783 s. Θέογνις. Harpocrationis libri σικελίην, quod construi non potest et metro repugnat. Dindorfius ex Theognide Σικελίην recepit. —

Sextus Empiricus.

v. 425—428. Hypotyp. 3, p. 175 ed Bekker. v. 425 ἀρχὴν, v. p. 32 sqq. v. 428. γαῖαν ἐφεσσάμενον pro γῆν ἐπαμησάμενον, v. p. 35 sqq.

Athenaeus.

v. 215—216. VII, p. 317 A. v. 216 Athen. προσομιλήσῃ recte. V. p. 60.

Versus 215 prior pars usque ad πολυπλόκου vocabulum legitur etiam XII, 513 D sine ulla discrepantia. —

v. 432. VI, 256 C. οὐδ' Ἀσκληπιάδαις κτλ., v. p. 57.

v. 457—460. XIII, 560 A. v. 457 Athenaeus ut etiam Stobaeus recte ἀσύμφορόν ἐστι. Theogn. codicum omnium lectione magis minusve vitiata. Qua de re v. supra p. 38. — v. 459 Athen. pro ἔγκυρα ἄγκυραν, quod etiam Stob. et Eustath., v. ibid.

v. 467. 469, v. 469 usque ad Σιμωνίδη verbum. VIII, 364, C. Sed priusquam de horum et mox versuum 477—486 lectionum discrepantiis disserere instituimus, dici oportet nonnulla de versibus 467—496, de quibus maxima est inter viros doctos dissensio. Omnes enim fere qui Theognidis elegos ediderunt, disciderunt eos in particulas minutas: velut Camerarius, quem secutus est Hartungius, diremit 467—474. 475—492. 493—496. Bekkerus 467—468. 469—492. 493—496. Weckerus 467—474. 475—476. 477—492. 493—496. Leutschius (in Philol. vol. XXX, p. 668 sqq.) 467—474. 475—488. 489—492. 493—496, alii copularunt 467—492. 493—496. Fecerunt ita, quod rerum desideraverunt dispositionem continuationemque. Multo politius atque elegantius Bergkii (quem secutus est Zieglerus) iudicium, qui

unum carmen versus existimat, quamquam fortasse in arctum redactum. Tamen ne hoc quidem poni necesse est: unum enim his versibus absolutumque carmen efficitur, cuius argumentum hunc in modum interpretandum est.

Quae narrantur fiunt in convivio. Poeta quippe qui paulo plus adbiberit, vinolentiae verbositate facere non potest, quin convivis mero lascivire incipientibus utilia nonnulla suadeat: ne excitent quem ex vino somnus ceperit neve ad dormiendum cogant exsomnem; cogi semper esse iniucundum. Sed qui vini plus bibere velit, ei poculum ministretur: nec enim omnibus noctibus gaudere a dis datum esse. (v. 467—474.) Sese autem ipsum, quippe cum nec parum biberit nec nimium, domum jam reversurum (v. 475—478). — Nec tamen iam abit: sed ut paululum temulentus, quam male agatur cum iis, qui non pari atque ipse utantur moderatione, etiam exponit (v. 479—483). Unum praecipue ex sodalium numero, quem praeter ceteros ipsi facientem videt contrarium, amice vituperat, quod „ministra" semper vociferetur, diversissima pocula hauriat, aliquo propinante nunquam recuset: ebrium eum futurum: invictum autem in convivio haberi, qui bene potus vino non succubuerit (v. 483—492). — Tandem re vera poeta convivas relinquere parat: illi concordes etiam maneant inter pocula et sermonis familiaris leges urbanas sequantur (v. 493—496).

Ita si argumentum explicamus, nec dispositio nec rerum series continuatiove versibus videtur deesse, maximeque miror, quod doctissimi viri tantopere eos vexaverunt. Velut omnes qui locum tractaverunt v. 493—496 a ceteris volunt separari, cum minime dubium mihi videatur esse, quin ad 475. 476 ei referendi sint, quibus abiturum se esse sodalibus exponit poeta. Equidem non dubito affirmare versus 467—496 in venustissimorum maximeque festivorum quae novi carminum numero me habere:

tanta enim perspicuitate res exponuntur, ut non narrari quae gesta sunt, sed rem geri prorsus existimes.

Altera oritur quaestio, utrum Theognidis sint hi versus necne, et si huius poetae eos esse negatur, cuinam tribui debeant. De illo dubitatio esse vix potest: fieri enim nullo modo videtur potuisse, ut haec tanto vigore, tanta alacritate, tam fuse scripta maestus morosus brevitatem quam maximam secutus Megarensis ille epitomatum fautor conficeret. Quod ad firmandum Leutschius l. l. etiam ex dictione prompsit argumenta, quibus tamen et parum demonstrari nec opus mihi videtur esse. Sed cuinam tribuemus versus? Alii alium esse auctorem suspicati sunt: Aristotelis et Plutarchi locis supra dictis, quibus v. 472 Eueni nomine adhibitus est, nisi Bergkius totum carmen, Hartungius v. 467—474 Eueno adsignant. Quod argumentum infirmissimum esse Leutschius l. l. demonstravit, cum aut Euenus ex hac elegia versus sumpsisse, aut uterque, Euenus et elegiographus, cui hi versus debentur, eodem antiquo versu usi esse putari possent. Praeterea quis sit ille Euenus, cum compluribus in antiquitate hoc nomen fuerit, Bergkius et Hartungius inter se dissentiunt. Leutschius v. 467—474 Theognidi, cetera, quae ut supra dixi in tres partes secuit, quarum priores duo initio carere contendit, tribuit Panyasidi, satis confidenter, at argumentis minime firmis. Equidem hanc totam quaestionem, cum omne de ea iudicium in incertissimis coniecturis positum sit, in medio relinquendam esse censeo artemque adhibendam nesciendi.

His praemissis iam de lectionis discrepantiis disseramus, quae in his versibus apud Athenaeum inveniuntur.

v. 467. 469: VIII, 364, C. v. 467 Athen. *μηδένα μήτ' ἄκοντα*, cum in Theognide legatur *μηδένα τῶνδ' ἄκοντα*. Dubitari mihi videtur non posse, quin consulto Athenaeus in illum modum versum mutaverit. Nam

τῶνδε verbum cum ad totius carminis quas supra exposuimus indolem ac naturam accommodatissimum sit, quippe quo pro bonorum poetarum consuetudine in ipsas res statim introducamur, Athenaeo, qui solis versibus 467. 469 sententiae loco uteretur, prorsus fuit inutile itaque posuit pro eo *μήτ'*, quod v. 469 *μήθ' εὕδοντ' κτλ.* respondet. Schneidewinus et Hartungius, ut de toto carmine perperam sentientes, hoc quoque loco erraverunt, cum Athenaei lectionem reciperent. —

v. 477—486. X, 428 D. v. 477 Athenaeus *ἥκω*, Theognidis libri optimi A O *ἥξω*. Recte Leutschius l. l. posuit *ἥξω* in *ἥκω*, quod in versuum quae est in Theognide coniunctione tolerari nequit, propterea ab Athenaeo mutatum esse, ut vv. 477—486, quos solos ex toto poemate attulit, carmen viderentur totum atque integrum. Sed *ἥξω* a multis in dubitationem vocatum: nonnulli *δείξω*, quod in duobus deterioribus libris (C G) legitur, proposuerunt, alii adhibuerunt coniecturas, ut Emperius *λήξω*, Ahrensius *ἔξω*, Bergkius, Athenaei sequentis versus lectionem respiciens *ἔξω . . . . οὔτε τι νήφων εἶμ', οὔτε λίην μεθύων*: „foras ibo neque sobrius prorsus neque nimis ebrius," Schmidtius l. l. p. 187 *ἔξοιδ' ὡς οἶνος κτλ.* (omnium sine dubio infelicissima). Quas coniecturas mutationesque omnes esse superfluas et optimorum codicum servandam lectionem Leutschius l. l. docuit, qui *ἥξω* „rursus domi ero" recte interpretatus est, ita ut ad *οἴκαδ' ἰών*, verba praecedentia referendum sit. *δείξω*, quod deteriores illi codd. exhibent, in textum per aliquem inrepsisse opinor, qui hanc relationem non intellegeret. —

v. 478. Athen. *οὔτέ τι νήφων εἶμ' οὔτε λίαν μεθύων*, Theogn. cod. A. *οὔτέ τι γὰρ νήφω οὔτε λίην μεθύω*, idem ceteri codd. ea diversitate, ut pro *τι τοι* praebeant, quod metro repugnat. In Mutinensis lectione quid possis reprehendere non intellego. Multae tamen emendationes propositae, cum a plerisque nescio qua de

causa participium videatur desideratum, ut Ahrensius scribendum censuit *οὔτ' ἔτι δὴ νήφων . . . . μεθύων*, Leutschius *οὔτέ τι νηφαίνων οὔτε λίην μεθύων*, qua in emendatione *νηφαίνω* verbum aliis locis non usurpatum suspicionem affert (cfr. Eustath. ad Il. *Ψ*, 381 p. 1306, 32: *οὕτω δὲ σὺν ἄλλοις πολλοῖς τὸ νήφω τοῦ νηφαίνω, οὗ χρήσεως φανερᾶς μὴ οὔσης ὅμως ἔμφασις γίνεται παρὰ τῷ δειπνοσοφιστῇ ἐν τῷ νηφαντὸν καὶ ἄοινον.*). Alii, quod antea *ἥξω* mutaverunt, hunc quoque versum in aliam formam redigere coacti sunt, ut Bergkius, cuius emendationem supra memoravi, et Hartungius, qui coniecit *ἔξω . . . . . οὔτε λίην νήφων οὔτε λίην μεθύων*, quod propter bis positum *λίην* maxime ineleganter coniectum est. Equidem omnes has emendationes plane gratuitas neque quidquam in optimorum codd. lectione mutandum esse censeo. Athenaeus parum diligenter attulit et in deterius mutavit locum: *εἰμί* enim verbi cum *ἥξω* (vel apud eum *ἥκω*) desideratur coniunctio.

v. 479. Athen. pro *οὐκέτι κεῖνος οὐκ ἔτ' ἐκεῖνος* ut Stobaeus +, quod *ἐκεῖνος* forma assueverat.

v. 480. Athen. *τῆς αὐτοῦ γνώμης καρτερὸς οὐδὲ νόον*, Theogn. libri *γλώσσης*. +. Athenaei lectio propter sequens verbum *νόον* multo deterior.

v. 483 in Theogn. *τὸ πρὶν ἐὸν σώφρων τότε νήπιος*, Athen. *τε καὶ ἤπιος* +. At Leutsch. ab Athenaeo veram lectionem servatam esse censet: ex chiasmi enim qui dicitur figura haud ita raro adhibita *ἤπιος* versui 481 *μυθεῖται δ' ἀπάλαμνα, τὰ νήφοσι γίνεται αἰσχρά*, *σώφρων* versui 482 *αἰδεῖται δ' ἔρδων οὐδὲν ὅταν μεθύῃ* respondere. Quod Leutschii commentum ingeniosius quam verius est.

v. 485 qua de causa Athenaeus pro *ἀλλ' ἢ πρὶν μεθύειν* posuisset *πρὶν μεθύειν ἄρξῃ δ'* exposui p. 13. *δ'* post verbum *ἄρξῃ* addidit, ut hiatus inter *ἄρξῃ* et *ἀπανίστασο* vitaretur.

In eodem versu pro ὑπανίστασο, quod est in Theognide, Athenaeus ἀπανίστασο +. ὑπανίστασο melius: ὑπό enim praepositione clandestinum exprimitur, quod hoc loco aptissimum est. —

v. 500 usque ad νόον II, 37 F, nulla discrepantia.

v. 993—996. VII, 310 B. v. 993 libri Theogn. εἰ θείης Ἀκάδημε. Athen. εἰ εἴησα καλὴν μέν, lectio graviter corrupta. Dindorfius recepit, quod Turnebus in Theognide proposuit εἴθ' εἴη σ' Ἀκάδημε, Meinekius codicum Theognideorum lectionem. Quae a nonnullis in dubium vocata est, quod iniuria factum esse persuasum habeo. Hoc quidem, quod ad propositum nostrum attinet, manifestum, si non integer est locus, Athenaei lectione ipsa corruptissima eum sanari non posse.

In eodem versu Athenaeus et Theognidis deteriores codd. ἐφίμερον, libri A O ἐφήμερον. ἐφίμερον rectum videtur.

v. 994 in Theognide παῖς καλὸν ἄνθος ἔχων (in O lectio corrupta), Athenaeus παῖς καλὸς ἄνθος ἐχ. +.

v. 965 libri Theognidei δηρισάντοιν (sed leviter corruptum: A O δηρισάντων, ceterorum maxima pars δηρησάντοιν), Athenaeus δηριόωσι +. —

v. 997—1002. VII, 310 B. v. 997 in Theognide A O |K| et Athenaeus τῆμος, ceteri ἦμος. Bergkius et Zieglerus τῆμος receperunt, nisi ut videtur Schneidewini in Delectu, qui et ipse lectionem illam secutus est, adnotatione: „Τῆμος A O K et Athen. h. e. ἦμος, quod legitur vulgo. Ita τέως saepius i. q. ἕως. Cfr. Odyss. ν, 95".[1]) Primum hunc Homeri locum per errorem attulit vir doctus, cum ibi legatur τῆμος significatu „tum," „eo tempore." Deinde τέως apud Homerum nusquam ita

1) Simile quid adnotat Welckerus (p. 124), Schweighaeuseri auctoritate adhibita, qui aliis etiam nonnullis absolutis vocibus interdum pro relativis uti Jones dixerit.

occurrit pro ἕως, sed demum apud posteriores poetas epicos ut hiatus vitetur, velut in Hymno ad Cererem v. 138:

προφρονέως, φίλα τέκνα, τέως πρὸς δώμαθ' ἵκωμαι.

Denique τῆμος nusquam apud scriptores Graecos aliud significat quam „eo tempore" demonstrative dictum. Tolerari igitur nostro loco nullo modo potest, nisi forte cum Sitzlero ponere vis τῆμος ὅτ', quod scripsit Jacobsius in Anthologia Palatina duobus locis (VIII, 26, 10 et 23, 3) quod tamen apud Theognidem magnam dubitationem movet. Qua de causa scribendum cum deterioribus libris ἦμος.

v. 998 Athenaeus et omnes fere Theogn. codd. παραγγέλλοι optativum (A O alii levi errore alterum λ omittunt). Bekkerus et Welckerus ex coniectura παραγγέλλει indicativum posuerunt, iniuria: v. Krüger, Griech. Sprachl. II, 54, 17, A. 3; cfr. Mimn. 1, 2 τεθναίην, ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι, Hom. Σ, 464:

αἲ γάρ μιν θανάτοιο δυσηχέος ὧδε δυναίμην
νόσφιν ἀποκρύψαι, ὅτε μιν μόρος αἰνὸς ἱκάνοι.

v. 999 in Theognide δεῖπνον δὲ λήγοιμεν, ὅποι A O (π λήγ. ceteri fere omnes, δὴ λήγ. K ex coni.). Athenaei cod. antiquissimus A δ. δὴ λήγοι μένος ὄν, P δ. δὴ λήγοι μένος ὂν. Satis gravis corruptio, sed vestigia apparent lectionum λήγοιμεν, ὅσον et λήγοιμεν, ὅσον. Et ὅσον censeo scribendum esse, non Athenaei XVI. saeculi libri lectione eaque corrupta fretus, sed quod sensus postulare mihi videtur: ὅπον enim non intellego. Tum scribere equidem non dubitaverim δή, quod est in Athenaeo et K pro δέ, quod tamen defendit Hermannus, apodosin omnino deesse ratus. Quibus emendationibus adhibitis omnia recte se habere videntur: poeta, qui certe non est Theognis, hortatur sodales, ut, cum sol meridiem indicaverit, finem cenandi faciant, in qua rerum bonarum omnium quantum velint ventri suppeditent, et statim ad potandum sese

convertant. Ἀφ' ἡμέρας igitur, de die, quae magna habebatur intemperantia, potationem cupit lascivus poeta. Manifesta haec videntur esse: sed viri docti, qui permulti locum tractaverunt, multa alia conati sunt, gravius quam est affectum illum existimantes et ut medici nimis trepidi diligentesque aegriorem facientes quam saniorem. Omnes enim praeter Hermannum (v. supra) in δεῖπνον λήγοιμεν offenderunt, cum quod sensus poscere iis videretur incipere convivas, non desinere (Bergkius: „Locus corruptus, nam non ut desinant convivari, sed ut incipiant sodales hortatur poeta."), tum membrum inter λήγοιμεν et παντοίων recte construere nescientes, cum δεῖπνον λήγοιμεν conati coniungere, quod, quamcunque pro ὅπον emendationem substitueris, sive ὅπον servaveris, fieri nullo modo potest. Quibus de causis Brunckius δεῖπνον δὴ μνησαίμεθ', ὅσον, vir doctus apud Schneidewinum δεῖπνον δῆτ' ἀλέγοιμεν, ὅσον, Emperius δεῖπνον δὴ κηδοίμεθ', ὅτον, Meinekius (in Athen. ed. vol. IV, p. 137) δεῖπνον δὴ μηδοίμεθ', ὅσον, Schmidtius (l. l. p. 190) δεῖπνον δ' ἁπτοίμεσθ', εἴ ποὺ τινα, Bergkius δεῖπνον ἄδην ἐλάοιμεν, ὅσον, recordatus sine dubio Hom. Ν, 315, Τ, 423, ε, 290, sed nihilo secius emendationem non intellego; inde etiam mirum illud, in quod Welckerus (p. 125) incidit: „Scripserat igitur (poeta) δεῖπνον δὴ μνησαίμεθα, quibus ὅσον τινὰ θυμὸς ἀνώγοι et χαριζόμενοι conveniunt, ad λήγοιμεν minus apta; et in sequentibus prandio finito laborem denuo capessendum vel aliud quidquid agendum monuerat. Quod praeceptum cum Bioni[1]) aut eiusdem farinae homini valde ieiunum visum esset, in contrarium convertit, μνησαίμεθα mutato in λήγοιμεν, et adiuncto in hanc sententiam disticho ex carmine convivali"!

Omnia haec falsa. Sane monet poeta, ut incipiant

---

1) Cfr. Welckeri p. LXXXV in capite de parodiis dissertationem de Bione Borysthenita, incertissimis coniecturis plenam.

sodales (v. Bergkii l. l.), sed bibere, non edere; quod clarissime ostendunt verba *χέρνιβα φέρειν* et *στεφανώματα*: post enim cenam manibus lotis, capitibus coronatis Graeci bibere solebant. Igitur necessario poscitur *δείπνου λήγοιμεν*, ad quod solum *αἶψα* etiam vocabulum accommodatum est, non ad lectiones propositas. Et enuntiatum inter *λήγοιμεν* et *παντοίων* sine ullo dubio ad *χαριζόμενοι* referendum est ita, ut pro *ὅσου* scribatur *ὅσον*, quod recte vidit Sitzlerus. Iniuria vero idem in v. 998 pro *μέσσατον ἦμαρ* posuit *ἔσχατον ἦμ.*: quae mutatio primum, ut exposui, non necessaria est, tum violenta, denique cum verbis *ἐν αἰθέρι* v. 997 non satis convenire videtur, quibus magis consentaneum est altissimum caelum significari quam imum marginem: cfr. Hom. Ξ, 288, *ἐλάτη* . . . . *ἣ* . . . . *δι' ἠέρος αἰθέρ' ἵκανεν*, et saepe de fulgore et rumore *αἰθέρα ἱκάνει* v. c. *Β*, 458 *αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκεν*.

Sic difficultates sustulisse mihi videor, sola codd. Theognideorum ope usus. Nam Athenaei locus qua ipse corruptus, qua melior levissimis rebus, in quibus ad eum confugere opere non pretium sit.

Venimus ad Clementem Alexandrinum, qui in libro *Στρωματεῖς* inscripto compluris locos attulit. Bergkius (itidemque Sitzlerus) editionis Parisinae, quae prodiit a. 1641, paginas notaverunt, minus commode. Ego indicavi paginas Potterianas, quas Dindorfius quoque margini adposuit.

v. 35—36. 5, 677. v. 36 *συμμιγῇς*. v. p. 56. (v. 35 ut in Theognide *μαθήσεαι*, v. ibid.)

v. 119—124. 6, 747. v. 119 Clemens ut omnes Theogn. libri praeter I *ἄσχετος*, quod propter sensum tolerari non potest, I recte *ἄνσχετος* exhibet. — v. 121 Clemens *νόον*, quod construi non potest. Dindorfius ex Theognide posuit *νόος*. In eodem versu Clemens et omnes libri Theogn. praeter A *λέληθε*, A conjunctivum

λελήθῃ (ι subscriptum per errorem omissum est). Mutinensis lectio servanda: λέληθε in textum inrepsit per eos, qui in conjunctivo post εἰ posito offenderunt. Qui tamen non rarus: cfr. Hom. Α, 341. Ε, 258. ε, 221. 471 sqq; μ, 96. 348 sqq; ξ, 373 sqq. π, 98, 116; εἴπερ Φ, 576. Χ, 86. α, 168; εἴπερ τε Α, 81. Δ, 261; Κ, 225. Λ, 116. Μ, 223, 245. Χ, 191. α, 188. 204. Tyrt. fr. 12, 35. Sol. 4, 30. Pind. Isthm. 4, 13.

v. 122 unicus Stromateon codex, Florentinus Laurentianus plut. 5, 3, praebet ψυχρὸς, Petri Victorii Stromateon editio ψεδνός, quae lectio utraque propter sensum falsa. Rectum praebet Mutinensis: ψυδρὸς, quod iam antea Ruhnkenius coniecerat. Ceteri libri ψυδνὸς, eodem sensu, nec tamen legitur hoc verbum aliis locis.

In eodem versu Clem. et codd. Theogn. praeter A propter antecedens λέληθε ἔχει. A recte ἔχῃ.

v. 123 Stromat. cod. τοῦτον θεοὶ — ποιῆσαι, quae verba intelligi non possunt. Petrus Victorius posuit ex Theognide τοῦτο θεὸς — ποίησε.

v. 124 apud Clementem pro ἀνιηρότατον, quod recte in libris Theognideis, ἀνιαρώτερον: ex sensu comparativus, in formatione ω, propter dialectum α falsum.

v. 153 6, 740 nulla discrepantia. V. supra p. 61 sq.

v. 175—176 4, 574. v. 175 χρὴ πενίην, v. p. 12. 176. In eodem versu βαθυκήτεα ut in Theognide Mutinensis, v. p. 13.

v. 209. 6, 740. Libri Theogn. omnes οὐδείς τοι φεύγοντι φίλος καὶ πιστὸς ἑταῖρος, Clemens οὐκ ἔστιν φ. κτλ. idemque A post v. 332, ubi v. 209—210 repetit. Bergkius adnotat: „ οὐκ ἔστιν scripsi ex A, qui infra ut saepe germanam lectionem servavit, quam etiam Clemens Strom. VI, p. 620 commendat: πάλιν Θεόγνιδος μὲν λέγοντος· οὐκ ἔστιν φ. κτλ. Hic omnes

codd. οὐδείς τοι.⁶ Eandem sententiam secundum tralaticiam de locis laudatis falsissimam opinionem protulit H. Schneidewin De syll. Theogn. p. 12. Immo genuina lectio servata videtur versu 209, propterea quod hic copula deest et τοί particula usurpata est. V. p. 22. οὐκ ἔστιν lectio ita orta est, ut ad simpliciorem magisque solitam loquendi rationem verba accommodarentur. Quamobrem etiam apud Clementem occurrit.

v. 425—427. 6, 745. V. p. 36 sqq. v. 425 Clem. πάντων, ut in Theognide, v. p. 32 sqq. — v. 426 Clem. ἐσορᾶν, libri Theogn. ἰδεῖν. +.

v. 457—458. 6, 745. v. 457 χρήσιμον pro σύμφορον +. νέα γυνὴ pro γυνὴ νέα +.

v. 509—510. 6, 742. v. 509 κακός. v. 510 κακὸν ἀγαθόν. V. p. 40. —

Porphyrio.

v. 175—176. Ad Horat. epist. I, 1, 45[1]. v. 175 χρὴ πενίην v. p. 12. φεύγοντας pro φεύγοντα +. βαθυκήτεα ut Mutinensis.

v. 176 φεύγειν pro ῥιπτεῖν +. In verbis πέτρων κατ' ἠλιβάτων cod. Monacensis (M. optimus liber, quem Meyerus secutus est) lectio prorsus corrupta. V. Meyer.

Eusebius.

v. 77—78. Praepar. evang. 574 e (ed. Dindorf.). Nulla discrepantia.

Basilius Magnus.

v. 1155—1156. Orat. de gentil. libris cum usu legendis ed. H. Mai p. 71. v. 1155 pro οὐδ' εὔχομαι, quod est in Theognide, οὐκ εὔχομαι +.

Themistius.

v. 79—80. p. 323 ed. Dind. Nulla discrepantia.

Aphthonius.

v. 175—176. Progymn. p. 26 (Speng. Rhett. Gr.

---

1) Locus, qui deest apud Bergk., debetur Jordani diligentiae.

vol. II). v. 175 χρὴ πενίην v. p. 12 sqq. μεγακήτεα v. p. 13.

Theodoretus.

v. 77—78. Graec. affect. curat. ed. Gaisford. I, 13, 42. v. 77 χρυσοῦ καὶ pro χρυσοῦ τε καὶ +, deterius ex metri ratione. In eodem versu pro ἀντερίσασθαι ἀνταρίσασθαι quod nihil omnino est.

v. 175—176. ibid. XI, 153, 41. v. 175 χρὴ πενίην, v. p. 12. μεγακήτεα, v. p. 13. —

v. 425—427. ibid. V, 71, 15. V. p. 36 sqq. v. 425 πάντων ut in Theognide, v. p. 32 sqq. — v. 426 ut Clemens ἐσορᾶν pro ἐσιδεῖν +. —

Orion.

v. 141—142. Anthologn. V, 15 (Stob. ed. Mein. IV p. 256). v. 142 pro θεοὶ δὲ apud Orion. οἳ δὲ, quod cum ipse scribere non potuerit, nam titul. V de deo est, librariorum socordiae tribuendum est, ut recte monet Bergkius. At Schneidewinus in Coniectan. crit., ubi et ipse antholognomicum edidit, p. 82. 83 contra iudicavit Orionem monstrare male coaluisse illud distichon cum praegressis, a quibus diiungendum esset. Qua de falsissima sententia pluribus disserere supersedeo: nemo iam dubitabit, quin si invenisset Orion in Theognide οἳ, ipse θεοὶ fuerit substituturus. —

v. 1179—1180. III, 5 (Mein. ibid. p. 253). v. 1180 in Theognide εἴργει μήθ' ἔρδειν μήτε λέγειν ἀσεβῆ, Orion εἴρ. μήτε παθεῖν μήτε λέγειν ἀσ. + ineptissime, nam παθεῖν et λέγειν opponi non possunt. —

Sequeretur iam Stobaeus, quem primum tractavimus p. 7 sqq. —

Maximus Confessor.

v. 523—524. II, 572. v. 523 θεοὶ pro βροτοὶ, sensui absonum. —

v. 605—606. II, 613. Nulla discrepantia. —

v. 695. II, 595. *παρέχειν* pro *παρασχεῖν*. Metro repugnat. —

v. 1155—1156. II, 572. v. 1156 *οὐδὲν* pro *μηδὲν* +. —

Ioannes Damascenus.

v. 955—956. in Parallelis sacris, Stob. ed. Gaisf. IV in Appendice p. 31 (Stob. ed. Mein. IV, p. 185). v. 956 libri Theogn. omnes *χηρώσει πολλῶν*, quam scripturam qui tuentur *χηρώσει* accipiunt tertiam activi personam, ita ut *χηρόω*, quod alias semper transitivo significatu privandi orbandi vim habet, hoc uno loco intransitive significet orbari, privari. Quod commentum plerique recte impugnant, locum corruptum existimantes. Ioannes Dam. praebet *χήρωσις κτεάνων* probavitque Heimsoethius, sed valde ut mihi videtur iniuria : nam verbum utique poscitur, non substantivum : quo modo enim, quaeso, explicari potest illa apud Ioannem sententia:

Δειλοὺς εὖ ἕρδοντι δύω κακά· τῶν τε γὰρ αὐτοῦ
χήρωσις κτεάνων καὶ χάρις οὐδεμία?

Praeterea *χήρωσις* vocabulum unico loco excepto, in scholio ad Soph. Elect. v. 308, tota Graecitate nusquam occurrit. Neutiquam igitur probanda Ioannis lectio, sed neglegenter ab eo locum allatum esse censendum, ita ut etiam pro *πολλῶν* poneret *κτεάνων*. Sed codicum Theogn. *χηρώσει* corruptum sine dubio. Et corrigere possis, si verbum *χηρόω* vis retinere, *χηρώσεαι* vel *χηρώσῃ*, quod fecerunt Bergkius et Sitzlerus, quae secunda futuri medii persona est passiva sive reflexiva significatione, cui emendationi non repugnat *αὐτοῦ* in versu praecedenti. cfr. Hom. *φ*, 249.

Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος περί τ' αὐτοῦ καὶ περὶ πάντων,

ubi *αὐτοῦ* positum est pro *ἐμαυτοῦ*.

ξ, 389

οὐ γὰρ τοὔνεκ' ἐγώ σ' αἰδέσσομαι οὐδὲ φιλήσω,
ἀλλὰ Δία ξένιον δείσας αὐτόν τ' ἐλεαίρων.

ubi *αὐτόν* pro *σέ*, cfr. etiam *Ω*, 503.

Sed *χηροῦν τινά τινος* non invenitur apud Homerum cumque praeterea propter enuntiatum *δειλοὺς εὖ ἔρδοντι δύω κακά* tertia verbi persona aptior sit, praestantior videtur Brunckii, quem Zieglerus secutus est, emendatio *χηρεύσει*. Nam *χηρεύειν τινός*, „carere aliqua re“ occurrit apud Homerum (*ι*, 124 *ἀνδρῶν χηρεύει, βόσκει δέ τε μηκάδας αἶγας*). —

In Anthologia Palatina (ed. Jacobs.) hi loci inveniuntur:

v. 527—528. 9, 118. *Βησαντίνου*. v. 528 *ἀποινισσαμένης*, qua de re disserui p. 41.

v. 1151—1152. 10, 40. *Ἀδήλου*. v. 1151 pro *μεθεὶς παρεὶς* +.

v. 1155—1156. 10, 113. *Ἀδέσποτον*. v. 1155 *οὐκ ἐθέλω* pro *οὐκ ἔραμαι* +. *οὐκ* pro *οὐδ'* +. *ἔχοντα* pro *ἔχοντι* +.

Suidas.

v. 425—427 v. *ἀρχὴν ἰᾶσθαι*. V. p. 36 sqq. v. 425 *ἀρχὴν* pro *πάντων*, v. p. 32 sqq.

Etymologicum Magnum.

v. 621. 758, 41. pro *πᾶς τις πλούσιον*: *πᾶς δ' ὄλβιον* (unus igitur pes deest hexametro) +.

Ioannes Doxopater.[1])

v. 175—176. Homil. in Aphthon., Walz. Rhett. II, p. 306. v. 175. *χρὴ πενίην*, v. p. 12. *μεγακήτεα*, v. p. 13.

v. 176 solus etiam II, p. 309, nulla discrepantia.

Eustathius.

v. 457—460 Il. 1345, 56 ita, ut v. 457 orationi soluti innectat, ubi pro *σύμφορον* scripsit *σύμφορος* +, causa aperta. Ceteri versus discrepantias non prae se ferunt, nisi quod v. 459 itidem ut Athenaeus et plerique Stobaei codd. legitur pro *ἄγκυραι ἄγκυραν* V. p. 38.

---

1) De Doxopatri aetate v. Walz. II in praef. p. IV. V adnotationem.

v. 996 1291, 64 solutae orationi innexus, nulla discrep.

Macarius.

v. 425—427. 2, 45 (in Schneidew. et Leutsch. Paroemiograph. tom. II). v. 425 *ἀρχὴν* pro *πάντων*, v. p. 32 sqq. — v. 426. pro *ἐσιδεῖν ἰδεῖν* †.

Apud Michael Apostolium (Paroemiogr. tom. II) qui occurrunt loci omnes (XIX numero singulos enumerare supersedeo. Nam „et illud collectionis exemplar quod ipse fecit et apographa vitiis mendisque omnis generis abundant ita, ut dubium sit utrum neglegentiam an inscitiam an animi auctoris hebetudinem magis miremur. Ceterum non poetas ipsos adhibuit, sed ex Stobaeo locos recepit.²) Praebet igitur pariter ac Stobaeus v. 501 *κακότητα δὲ πᾶσαν ἐλέγχει*, v. 506 *ταμίαο*, v. 590 *ἔκδυσιν* (pro *ἔκλυσιν*), v. 637 *ὁμοῖα* (pro *ὁμοῖοι*). In metri ratione XIX locis decies peccavit (ut puta v. 27 *ὑποθήσομ' οἷάπερ*, v. 125 *οὐ γὰρ εἰδείης* etc.). Verba, quae plane a Graeca lingua absunt, leguntur v. 199 *ἴδρως* (pro *ὕβρις*), v. 503 *βιῶται* pro *βιᾶται* aliaque. Sensui prorsus absona v. 427 *δ' ὅμως* pro *δ' ὅπως* (hoc tamen etiam apud Diogenianum, v. p. 62), v. 159 *ἀπορρίψασα* pro *ἀπορρίψαις* aliaque.

Nec melior conditio Arsenii, Apostolii filii collectionis, quippe qui patris syllogen omnibus cum mendis, nisi quod v. 427 recte scripsit *δ' ὅπως*, in librum suum receperit et si quid novi addebat et ipse Stobaeo usus sit, non poetarum operibus ipsis. Ut ad Theognideos locos apud patrem exstantes v. 177—178 adiecit, ubi pariter ac Stobaeus v. 177 pro *καὶ γὰρ* exhibet *πᾶς γάρ*, v. p. 14.

Florilegium Monacense.

v. 933—934. 118 (Stob. ed. Mein. IV. p. 276).

---

2) Verba Leutschi in praefatione.

v. 993 pro κάλλος κῦδος +, ita ut moneamur Hesiodi in Operibus et Diebus versus (313 Flach.) πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

v. 963. 107. Nulla discrepantia.

v. 979. 147. Nulla discrep. —

Addo locos nonnullos occurrentes apud incertorum temporum scriptores.

Certamen Homeri et Hesiodi.

v. 425. 427. p. 4 ed. Steph. V. p. 36 sqq. v. 425 ἀρχὴν pro πάντων, v. p. 32 sqq.

Grammaticus in Wolfii Analectis.

v. 145—146 4, 538, adeo deformati, ut agnosci vix possint: βούλομαι εὖ μάλα σεμνὸς ὀλίγοις σὺν χρήμασιν Οἰκεῖν ἢ πλουτεῖν ἀδίκως.

Boissonadii Anecdota.

v. 585—590. 4, 455 (in epistola Michael Hamartoli, qui qua aetate vixerit ignotum est). v. 586 ποῖ (v. p. 42), v. 589 τῷ δὲ καλὸν ποιοῦντι θεὸς καλὰ πάντα τίθησι, v. 590 ἀγαθῶν ἔκδυσιν, quae scripturae omnes plane congruunt cum Stobaei, ita ut Hamartolus huius collectione usus esse videatur.

v. 1155—1156. 1, 67 (in Georgidae gnomologio). v. 1155 tam corruptus est, ut Boissonadius codd. Theognideorum lectionem receperit. Legitur enim in manuscripto οὐκ εὔχομαι πλουτεῖν οὐδὲ ἔρωμαι, ἀλλά μοι ἦν ζεῖν.

In Crameri Anecdotis Parisinis.

v. 35—36. I, 229. v. 32 μαθήσεαι ut codd. Theogn., v. p. 55. — v. 36 συμμιγῆς, v. p. 56.

v. 175—176. IV, 404, 30. v. 175 χρὴ πενίην v. p. 12 sqq. μεγακήτεα v. p. 13.

v. 1151—1152. IV, 374. v. 1151 παρεὶς pro μεθεὶς ut in Anthologia Palatina (v. p. 76) +.

In Iriartii catalogo codicum Matritensium.

v. 17—18. p. 191. Nulla discrep.

v. 35—36. p. 448. v. 35 *διδάξαι*. V. p. 55. v. 36 *συμμιγῇς*, v. p. 56.

v. 527—528. p. 106. v. 528 *τοῦ δ' ἀπονισσομένου*, prorsus ineptum, nam non est quo referantur verba ex genere. De futuro v. p. 41. De *ει* diphthongo v. Stephan. Thes. s. *νίσσομαι*. —

Schol. Pindari.

v. 153 Ol. XIII, 12, non variatus, sed ut Homericus. V. quae dixi p. 61—62.

Schol. Thucydidis.

v. 175—176 ad II, 43, plane iisdem discrepantiis, quibus in Crameri Anecd. v. s. —

Schol. Sophoclis.

v. 425 ad Oed. Col. 1225. *Ἀρχὴν* pro *πάντων*. V. p. 36 sqq. et p. 32 sqq. —

Schol. Aristotelis.

v. 175—176 duobus locis, IV, p. 8 (ed. acad. Boruss.) et p. 14. Utroque loco v. 175 *χρὴ πενίην*, v. p. 12 sqq., et *μεγακήτεα*, v. p. 13. —

Schol. Luciani.

v. 177 posterior pars et 178. De merc. cond. c. 5, nulla discrep.

v. 215—216. De saltat. c. 67. v. 216 *προσομιλήσει* ut libris Theogn. paene omnes, v. p. 60. —

v. 1155—1156 Apol. pro merc. cond. c. 12, in prosam orationem redacti: *οὐκ εὔχομαι πλοῦτον οὐδ' ἔραμαι, ἀλλά μοι εἴη ἀπὸ τῶν ἐλαχίστων*. —

Schol. Aphthonii.

v. 35—36 in Walz. Rhett. II. p. 593. v. 35 *διδάξαι*, v. p. 55. — v. 36 *συμμίξῃς* pro *συμμίσγῃς* †, cfr. p. 56. —

Omnes iam locos quos ex Theognide sumpserunt scriptores, nisi qui scrutantis colligentisque oculos fugerunt, contuli. Apparet quod de Stobaeo diximus (v. supra p. 51) dicendum etiam esse de omnibus: maxime

mira est discrepantiarum copia. Loci nulla varietate laudati facillime numerantur: et minueretur etiam numerus, si ad dialecti differentias semper respexissem. Qua ex copia quaestiones nascentes partim satis contortas atque difficiles, quae adhuc ita fere explicatae, ut plus quam merent tribueretur locis laudatis auctoritatis singularis eorum naturae ratione non habita, equidem, cum primus constanter omnes qui exstant locos ad diiudicationem vocarem ex fontis huius critici proprietatum iusta aestimatione ductam, ita solvisse mihi videor, ut quin nullum eorum ad Theognidis textum emendandum pretium esse existimandum sit dubitatio vix iam relinquatur. Paucissima illa quae meliora afferuntur tantopere sunt levia, ut ad ea confugere operae non pretium sit. Cetera turba triplici quem in praefatione exposui modo orta, ut taceam de corruptionibus librariorum culpae tribuendis, tantis interdum, ut sine Theognideorum librorum ope sanandi facultas vix praebeatur. Nec hoc mirum, quoniam ii quibus aliorum scriptorum opera tradita sunt codices Mutinensis praestantiam rarissime aequant. Qua causa etiam explicandum, quod locis vere difficilibus nullum ex testimoniis fructum percipi vidimus. Idem igitur, omnium si summam fecerimus, iudicandum erit de locis laudatis, quod de codicibus tertiae classis demonstravit Zieglerus (in ed. add. IV. p. 77—79): eos optimo iure posse neglegi, meliora praebentes quae in censum non venirent, non sanantes difficiliora. Itaque si quis Theognidis textum tralaticium ad integritatem veritatemque quam maximam volet redigere, acquiescendum erit in codicibus nostris A O, maxime vero in Mutinensi, qui quantum omnes ceteros praestantia anteeat hac quoque dissertatione spero esse demonstratum. —

Index scriptorum versus afferentium.

Addenda et corrigenda.

p. 16 per errorem dixi Nietzschium Bernhardtii sententiam de duobus florilegiis a Stobaeo adhibitis videri probare. Immo potius impugnat l. l. p. 184, nec vero idoneis argumentis.

Theses.

I. Non recte Diltheius (in N. Mus. Rhen. vol. 18, p. 150—152), in Suidae de Theognide articulo pro *τὰ πάντα ἐπικῶς* scribendum proposuit *τὰ πάντα ἠθικῶς*. Cum Ditzenio potius (v. G. Schneidewin. Coniectan. crit. p. 176) corrigendum *τὰ πάντα ἔπη ͵βω΄*.

II. In Aeschyli in Prometheo Vincto versibus 846—849 Kirchh.

ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα
ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον.
ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον κτλ.

recte se habere censeo codicum lectionem, contra Elmsleium, qui v. 847 spurium duxit ab interpolatore in genuini qui excidisset locum substitutum, contra Wieselerum, qui in v. 848 pro *γεννημάτων* scribendum putavit *γέννημ' ἀφῶν*, Dindorfium, qui utriusque opinionem amplexus est, Hermannum, qui post v. 846 versum excidisse sibi persuasit.

III. Quod Dav. Frid. Strauss in libro „Der alte und der neue Glaube" inscripto (p. 146 ed. X.) protulit, ut pessimismum quem vocant refelleret: „Wenn die Welt ein Ding ist, das besser nicht wäre, so ist ja auch das Denken des Philosophen, das ein Stück dieser Welt bildet, ein Denken, das besser nicht dächte . . . . ; ist aber ein Denken, das die Welt für schlecht erklärt, ein schlechtes Denken, so ist ja die Welt vielmehr gut" sophisma existimandum est.

Vita.

Paulus Ludovicus Oscarius Crueger natus sum Regimonti a. d. VII. Kal. Mai. anni MDCCCLIX patre Theodoro, quo adhuc vivo valde gaudeo, matre Ida de gente Roessneriana, quae ante hos duos annos de vita decessit. Fidei addictus sum evangelicae. Regimonti gymnasia frequentavi Collegium Fridericianum per sex annos, tum Kniphovianum per tres et semestre, et vere anni MDCCCLXXVII testimonium maturitatis adeptus sum. Deinde in academia Regimontana philologiae studui per decem semestria; duo proseminarii, duo seminarii sodalis fui. Audivi hos viros doctos: *Bezzenbergerum, Friedlaenderum, Garbium, Hirschfeldium, Jordanum, Lehrsium* †, *Ludwichium, Ruehlium, Schadium, Waltherum*; quibus omnibus, sed maxime Jordano, Ludwichio, Friedlaendero propter eximiam benevolentiam gratias ago quam maximas.

Pridie Id. Mart. examen rigorosum egregie absolvi.

Crueger, Oscarius
De locorum Theognideorum apud veteres scriptores exstantium ad textum poetae emendandum pretio